 secundam impuritatem proficimus per spem: quia spes cor  
 nostrum leuat et de celestibus ei gustum recuperat dan-  
 do affectum celestia adipiscendi. Contra tertiam impu-  
 ritatem caritate ascendimus quod deo unimur et ei adhe-  
 remus. Sed de his plenius per singula est dicendum.  
**De primo gradu huius ascensionis**  
 qui est in timore: quod vile cor nostrum per timorem ab-  
 strahitur a noxia affectione et inhesionem. Ca. xvj



**U**n igitur cor tuum a  
 deo concupiscentiarum illecebris incu-  
 bit: ut ipis ita affixus et impressum ut  
 vir possit auelli sicut inde mel nox-  
 ie delectationis et lac nocive refectio-  
 nis oportet ut amaritudine quadam hec respicias  
 sicut solent femine puulos ablactantes vbera sua  
 respergere rebus quibusdam a maris. ut gustata  
 amaritudine auertant se ab vberum dulcedine et tam-  
 dem vberum obliuiscant. Ita oportet ut cor tuum  
 c. iij

timor dñi rebus amarissimis impleat. Verbi gra-  
 tia. Plenus es mudi concupiscentiis carnalibus  
 vitijs toto desiderio anhelas ad altus statum: ad  
 gloriã mudi difficile est tibi carere cibus delicatis  
 graue est tibi despici. vilipendi etc. Veniat timor  
 dñi in cor tuũ respergat oēs hmõr rerũ dulcedies  
 quibusdã amaritudinib⁹: pponēs tibi ⁊ terrēs te  
 ⁊ oñdens: q̄ cito ois mūdana delectatio transit:  
 quãq; magnã ⁊ inexplicabilem penã: p qualibet  
 inordinata delectatiõẽ: quãlibet modicã sis rece-  
 pturus. quãq; seuerẽ ⁊ terribiliter adueniet iust⁹  
 iudex super his te puniturus. His ⁊ similibus:  
 oportet cor tuũ amaricari ac timore pcuti ⁊ terro-  
 re ptubari ⁊ ita violenter a suis delectatiõibus  
 donec earuz obliuiscatur auelli. Itaq; noli negli-  
 gere ex hmõr ⁊ similibus meditationibus facere  
 quodam lixiutum: quod licet sit amarum. est tam̄  
 mirabiliter malozum humorum. i. concupiscenti-  
 arum purgatiuũ quo pungas seu laues oēm des-  
 lectionẽ mudi ⁊ facile eã respues ⁊ abomiabe-  
 ris territ⁹ amaritudine qua eã perunxisti. Et aut̄  
 hoc gen⁹ lixiuij qd̄ ex timore concunctio appellat⁹:  
 quotiēs placuerit cõficere possis: ecce modus de-  
 scribimus conficiendi.

**¶** **Q**ue compunctio que ex timore na-  
 scitur varie ⁊ diuersimode in exercitio ⁊ medita-

tione potest assumi.

Ca. xvij.



**C**ompunctio ex timo-  
 re multipliciter nascit⁹. Primo cum  
 quis pctã sua p̄terita ad meõriã re-  
 ducit ⁊ quãtũ deũ offenderit: quan-  
 tãq; penã meruerit: anxie recordat⁹.  
 ⁊ inde tremēs ac timēs amarissime lacrimatur.  
 Secdo cū q̄s defect⁹ p̄prios: passiões aie ⁊ d̄side-  
 ria noxia adhuc i se: ⁊ si nõ regnãtia. agitãtia tñ  
 ⁊ verantia diligẽter discutit. ⁊ q̄ tam parũ in eis  
 expungnandis pficit etulans ⁊ dolens recordat⁹.  
 Tertio cū q̄s pctõr meminerit q̄ post p̄uersionẽ  
 snã p̄petrauit: q̄ ⁊ si nõ sunt crimialia: nõ tñ p ea  
 dubitet deũ offendi quotidie ⁊ ideo lugẽdo ⁊ ti-  
 mẽdo deplorat. Et de his tribus dictũ est supra  
 de trib⁹ discussionib⁹ v̄l examiatõib⁹. Quarto cū  
 hõ cõsiderat q̄ iudicia dei sunt inscrutabilia ⁊ ne-  
 scit hõ an sit dign⁹ odio: v̄l amore: s̄ sciat se peni-  
 tuisse: nescit tñ an solo timore p̄cuss⁹: an ex grã in-  
 fusa concunct⁹ ⁊ cõtritus. ⁊ ita tot⁹ horrore concuci-  
 tur nesciēs ⁊ incert⁹ qd̄ de eo fiet in futuro: an sit  
 dãnand⁹ vel saluãd⁹. Quinto cū hõ breuitatẽ vite  
 sue diligẽter attẽdit. ⁊ se adhuc tã paruz pficisse  
 intelligit. ⁊ inde timore succendit⁹ ⁊ int⁹ concuncti-  
 one irroratur. Sexto cum districti examinis ⁊ fu-  
 turi iudiciĩ meminit: quo iudex vnicuiq; iuxta  
 opa sua redditurus adueniet: vñ pctã sua agno-

c iij

scens erpauescit. Septimo cū homo magnitudi-  
nem et multitudinē penarū infernalium pertractat et  
cum se his dignum esse cognouerit vel cogitaue-  
rit: multum incipit lugere et timere.

**¶ De utilitate compunctiōis et quo  
modo cor purificat.** Ca. xvij

**A**si in corde tuo stu-  
diose ruminaueris et ex istis vel eo-  
rum aliquibus frequēter cor tuum  
repleueris: omnia dulcia fient ama-  
ra: tunc transit mūdus a corde tuo  
et concupiscentia eius. scilicet et concupiscentia carnis  
et concupiscentia oculorū inde euanescit. nullāq; fo-  
ris senties amaritudinem huiusmodi amaritudine inter-  
ius adimplēt. Et ita cor tuū incipiet oēm dul-  
cedinē mundi et affectionē et adhesionē respuere  
siue sit gloria mūdi et uel honor uel fauor popula-  
ris: gulā et luxuriā penitus ab hominari. Verus  
ut in promptu habeas hoc genus compunctiōis  
conficere: ecce sicut modum descripsim⁹ conficiēdi  
sic ponam⁹ et artē: materiā uero conficiēdi colligēdi.

**¶ Generalis modus ad formandum  
meditationes de morte.** Ca. xix

**¶ Editare igitur homo et  
ab oculis tuis nunquā recedat quod post mo-**

dicum sis ab hac uita in aliā ignotā regionē trā-  
siturus: et omnes res mūdi gloriā et bonorē et que-  
cūq; alia in quibus in hoc mūdo delectaris hic  
sis relictur⁹. Omni em̄ hora omni die fini et ultime  
hore tue propinquas. Scrutare igitur et quātū po-  
tes in te interdū affectū trāforma hoīs morien-  
tis et forma in te et meditatiōe tua quasi statim mo-  
riturus esses: et iam sit pñs quod sine dubitatōe ad-  
huc tibi pñs erit. Vide igitur sic affectat⁹ quātū  
tibi dolo inest. quātus cōscientie remorsus et in-  
ternus clamor de malis delectatiōibus tuis: quā-  
tum dolebis quod te nō emendasti et a delectatiōib⁹  
te nō auulsisti: quod dei pcepta trāsgressus es. Nam  
in illa hora uidebis quod meruisti et quid pmissisti.  
Adhuc añ oculos singulas delectatiōes. uide sin-  
gula uita et passiones quibus mō dulciter delecta-  
ris. Cogita quod amarū erit tibi tūc a delectationi-  
bus separari et quātū dolebis quod uiuens non fuisti  
cōcupiscentiis mortuus. Deinde cogita et forma  
in te talē affectū ut si aia tua statim deberet erire  
quod libenter oēm delectationes relinqueres. quod gra-  
tanter oēm laborē et penitentias arripes. si uitas  
possis obtinere. Cogita deinde illa hora quod bre-  
ue uidebis tibi omē tps uite tue et delectationum  
tuarū. Tūc uidebis totū tps tuū trāsisse. quasi  
somnia uel sicut umbra: maxime cū ppendis in-  
stare eternitatē que nunquā finietur. Deinde cogita

quātus tibi erit dolor. ¶ pro taz minima delecta  
tione breuissimi tps amisisti delicias leticiam et  
gloriā sempiternā. Cogita etiā q̄ omēs iste dele-  
ctatiōes nihil tibi tūc amplius p̄ferēt q̄ q̄ ama-  
rā mortem faciēt amariorē. Tanto em̄ difficilius  
hīc sepaberis: quāto pluribus rebus inordina-  
tis cōcupescentijs fueris alligatus. Nō sap. O  
mors q̄ amara est memoria tua hōi sano et pacē  
habēti in substantia sua. Cum aut̄ talē affectū in  
te formatū et cordi tuo imp̄sum senseris. tūc p̄ce  
de vltorius cogitās q̄ illa hora certissime veniet  
et est tibi inuitabilis. Omēs em̄ hōies moriunt̄  
et mille generationes a principio seculi p̄terierūt:  
ita et tu sequer̄. Deinde cogita q̄ illā horā deter-  
minate p̄scire nō poter̄. s; in p̄uise veiet: forte hoc  
āno: forte h̄ mense: forte hac septimana qz sic fur-  
ta in nocte veniet qm̄ nihil de h̄ cogitab. s; multa  
te actuz cogitabas. Nōnūq̄ etiā vt eo pl̄ timor  
p̄cupiscētias tuas excruciet et expurget. reuolue  
ordīnē quo ad mortē deuenies. Siquidē mortez  
vt cōtter p̄cedit infirmitas grauissima. Cogita qm̄  
ta h̄ erit infirmitas q̄ grauis debilitas qm̄ cor tuū  
p̄nimo dolore rumpet. Cogita quō tunc erit cor  
tuū depressum: ac si totū mūdū sup se cōtineret.  
tum p̄pter infirmitatis magnitudinez tum p̄pter  
naturalis inclinationis esse suuz appetentis. mi-  
rabilem horrorem. tum propter timorem de pec-

catīs et de futuro iudicio et sic tandē sequit̄ mors  
Itēz aliq̄n p̄pone oculis tuis imaginē. alicuius  
hōis moriētis et diligēter respice formā modū et  
ordīnem quibus ad mortez deuenitur. Nigrescit  
totum corpus: omnia membra rigescūt: oculi ver-  
santur r̄. Deinde cogita qualiter demones adue-  
nient expectantes sicut rugientes preparati ad  
escam si quid de suo in anima potuerint inueni-  
re: et qualiter immundi spiritus anime egredienti  
obuiabunt querentes in ea opera sua vt secuz eā  
trabant ad inferni profunda. Deinde cogita qua-  
liter anima de corpore egressa statim ante tribu-  
nal iudicis statuitur iam tūc sententiam receptu-  
ra que ex hoc tunc vsq; in secula non mutabitur.  
Deinde sequere funus ad sepulturas et vide quo  
modo caro misera propter quam tanto tempore  
quesiuit delectationes terre traditur et vermibus  
esca paratur et tradit̄ p̄petue obliuioni. Ex istis  
et similibus bene considerabis q̄ gaudium et de-  
lectatio mundi sit instar puncti. transit sicut um-  
bra et q̄ homo sit hīc velut hospes noctis vnius.  
Econtrario nōnunq̄ debes tibi affectuz assume-  
re iusti viri moriētis et ad mortem bene dispositi:  
cogitando q̄ letus talis erit qui prius penituit  
et se a delectationibus purgavit et nihil hīc vitio  
se dilexit. et sic de singulis.

**B**onaes meditationes de extremo  
iudicio quibus homo poterit sibi scutere timorem. c. xx



**Deinde oculum men-**

talem verte ad extremum iudicium ut  
ex eius memoria amarissima amare  
scant omnia dulcia. Cogita igitur quā-  
tus timor quātus clamor quāta fi-  
et admiratio cū tuba archangelica sonuerit: cū ful-  
gura terribiliter splendent: tonitrua mugiant:  
cum ad terrendum peccatores sol obscurabitur et luna  
non dabit lumē suū. Cogita quid cordis tūc habe-  
bit peccator. Cogita qualiter tūc vniversi mortui  
resurgent tractantes vnusquisque secum quod boni egit  
vel mali. Et boni quidē cū ineffabili leticia expe-  
ctabunt iudicē: Iniusti autē indicibili terrore times-  
bunt de aduentu et facie iudicis dicentes. Quō-  
dōte super nos et operte nos a facie iudicis: tūc em-  
abit et recessit non est quo eant et emant oleum merito-  
rum. Crederet deinde et speculando occurrere. et vi-  
de iudicē venientē cum potestate magna: cum se-  
nioribus populi: comitatibus angelis vniversis et  
sanctis. Deinde reuolue amarum illud diuortium  
cum sepantur oves ad hederis. Et nūc quidē sunt  
duo in domo vna in mola vna sed tunc vnus assu-  
metur et vnus relinquetur nūc ammodo coniū-  
gi. Transforma in te affectus eorum qui a sinistris

sunt quibus dices. Ite maledicti in ignem eternum. quō-  
lam erabunt dicentes. Ecce hi sunt quos aliquā-  
do habuimus in dextris. quātus eis dolor: quātus  
luctus. Deinde assume affectum eorum qui a dextris  
sunt: quātō repleti sunt gaudio quod pro tam modis-  
cis laboribus eterna premia meruerunt. Cogita quomodo  
districte fiet ibi examinatio operum locutionum et me-  
ditationum et malorum affectionum omnia ibi nuda erunt  
et aperta etiā que hic fuerunt palliata. Nam hieru-  
salem scrutabitur in lucernis et inuenient nonnul-  
li babilonij qui ciues putabant fore hierusalem. Tes-  
tis erit ibi diabolus qui ostendet nobis peccatum quod  
commisimus: tempus: quā: et locum vbi peccauimus et di-  
cet. Equissime iudex iudica hūc esse meum ob cul-  
pam qui tuus esse noluit propter superbiam. Accusabit  
propria conscientia. sed et sancti angeli accusabunt.  
Ibi tempus insignia passionis sue ostendet et malis be-  
neficia incarnationis improbabit eo quod ea contem-  
pserunt et ingrati fuerunt. Deinde profert iudex senten-  
tiam definitiuam a qua nullus potest appellare. nul-  
lus contradicere: nullus subterfugere: nullus se de-  
fendere valebit. Cogita quid amaritudinis: quid  
doloris: quid horroris contineat sententia illa. Ite  
maledicti. Cogita quid dulcedinis: quid admira-  
tionis et gaudij habeat vox illa: Venite benedicti  
Interdum etiā cogita de particulari tuo iudicio: et  
forma meditationes exprimis suo modo.

re: carens tam luce. Ibi intolerabile frigus: fetor  
pessimus: tenebre palpabiles: vermes immorta-  
les. Ibi est pena in omni sensu: in omni membro. Vi-  
sus videbit laruales demonum facies: mirabiliter  
suo terribili aspectu affligentes. Auditus nil aliud  
audit quam fletus plactus et ululatus et vocem illam  
heu-heu-ve-ve-ut quid fuimus nati: ut quid a deo  
creati: ut quid non primus maledictus deus et male-  
dicta trinitas que nos creauit ad hanc penalita-  
tem. Ecce hoc est carmen quod ibi cantant continens la-  
mationes et ve. Cogita de illa miserrima socie-  
tate demoniorum: et crudelitate torzorum: quoniam sunt  
sine misericordia: in torquendo non fatigantur. ad mi-  
sericordiam non commouentur: sed penam omnibus mo-  
dis quibus poterunt augebunt. Ipsi insultant di-  
centes. Vbi nunc gloria: vbi voluptas: vbi ho-  
nor: vbi altus status: vbi diuitie imense: vbi poten-  
tia: vbi dignitas: vbi prelatura: vbi dominium. Quid  
nunc pre sunt omnia que fuerunt: tam breuia tam cito transe-  
untia. Cogita quod quiuis ibi plus in illis membris  
punitetur per quam amplius deliquit siue in lingua si-  
ue in corde. Et quantum plus quis se extulit et in  
delitijs fuit: tanto plectetur ibi pena grauiori. Cogi-  
ta etiam de penis interioribus. et maxime de priua-  
tione visionis diuine que excedit omnem penam aliam. Co-  
gita quod sunt eternaliter anathematizati et eieci ab  
illa superna et gloriosa ciuitate hierusalem nunquam illuc re-

**S** Qualiter homo per memoriam pena-  
rum infernalium timorem acquirat et punctorem. Ca. xxj

## **¶** Inde verte oculos

**D** ad regionem danatorum et carcerem mi-  
serorum diligenter scrutans: que ibi  
agantur: qualis sit illa mansio: et quis  
locus. Quia autem mens nostra ceca melius per visi-  
bilia et sensibilia ducit ad noticiam inuisibilium: ideo  
ut illas penas melius sentias potes tibi assume-  
re similitudines a sanctis super hoc in scripturis po-  
sitas. Aspice igitur infernum chaos horribilissimus  
locus subterraneus et profundissimum totumque tenebro-  
sum. puteum profundissimum et totaliter ignitum. forna-  
cem totam incensam et terribiliter flammatam. ciuita-  
tem magnam: tenebrosam: obscuram totam incensam et  
ardentem: plenam infiniti populi multitudine clamantibus  
et ululantibus pre dolore et ardore et exinuida semutuo  
mordentibus: tanquam si canes rabidi simul essent  
coniuncti. Cogita deinde penarum acerbitates.  
Ibi est calor nimius cui noster hic calor in nul-  
lo est comparabilis. Ibi frigus intolerabilis cui  
nullum frigus mundi in aliqua comparatione potest  
equari. Et ita cogita de singularum penarum intensio-  
bus et curciatibus. Cogita de penarum multiplici-  
tate. Ibi ignis inextinguibilis: abundans ardo



dicuntur. Cogita de verme conscientie qui nunquam morietur qui non cessat: clamat et affligit quod propter tantas modicum gaudium ad instar puncti ad illas penas descenderunt. Item cogita de passionibus anime ire et inuidie, quibus affligunt. Nam iracundia inuidia et maxime in ipsis regnant. Item diligenter ruminata pena eternitatem que omnibus penis grauius affligit, pena nullus est finis, nulla ibi redemptio. Post mille milium annorum non propinquat finis quia nullus est finis. Dis et similibus meditationibus timorem domini concipies et concupcionem salutarem concipies ut sic affectiones tuas a rebus inferioribus auellas. Oportet autem te longo tempore in his exercitijs immobilari, et cum huiusmodi meditationibus ac alijs virtuosioribus maxime in remedijs vitiolorum de quibus postea dicit ipsas affectiones expurgare: alias ulterius ascendere non possemus. Nam quantum affectiones carnales et terrenas abiecerimus tanto amplius spirituales adiciemus: si parum parum: si multum multum. Ergo a timore domini secundum prophetas debemus perire spiritum salutis. Est enim initium sapientie timor domini: et in ipso debemus nos studiose exercere, et cor nostrum purgare ut ad caritatem possimus peruenire. Unde sapientia. Initiandi sunt a timore ut ad caritatem perueniant. Fides ergo quod congrue diuina scriptura puritates cordis fidei ascribit, iuxta illud. Fide purificas corda corpeo quod timor qui est pri-

mus effectus fidei euellit et extrahit cor ab inferioribus affectionibus et vitiolis inquinamentis. Est igitur primus gradus scende ascensionis qua tendit ad puritatem cordis fides vel timor qui est eius affectus. De secundo gradu secunde ascensionis qui fit per spem et desiderium celestium et spirituum rerum quibus purgatur et sanatur homo a secunda impuritate cordis. La. xii

**S**icut fides timore futurum iudicium ac suppliciorum metu facit vitiorum contagia declinare concutens quodammodo medullitus omnia interiora et extrahens ab inferiorum vitiosa affectione et inhesionem. Ita consequenter spes mentem nostram de huiusmodi affectionibus auulsam, et non eleuatam: imo timoris pondere depressam de presentibus auocat et ad superiora eleuat, et vniuersas corporis voluptates vel mundi vanitates celestius premiorum expectacione contemnit, insipientis suspicere sursum et mente aspirare ad illud sublime gaudium quod spes interiorius repertauit. Igitur si cor tuum iam ab intimis abstractum timore senseris: noli iam stare: noli te esse in toto putare. Si stare cepisti iam descendisti. Siquidem cor tuum vacuum ab affectionibus esse non potest. Si igitur sit notis vacuatus impleatur celestibus et sanctis affectionibus. alioz

D

quā rursus descēdit. Nū etiā cū te in timore pur-  
 gas expedit. vt interdū in spe respiras. Sed mul-  
 to aliter ad spem ascēdit qui diutius iam in timo-  
 ris pfectu cor purgavit. Igit̄ tra scdas cordis  
 impuritātē que in eo p̄sistit q̄ affect⁹ tuus adeo  
 est cōcupiscentijs infectus vel ex reliquijs cōcu-  
 piscentiāz depressus et infirmus factus vt non  
 sapiant ei celestia ascēditur p̄ spem. Nam spes sa-  
 porem eternoꝝ ingerit ⁊ affectū ad superiora re-  
 stituit. Sicut igit̄ superius dictū fuit q̄ homo p̄  
 adhesionē p̄mixtionē siue affectionē inferiorū fit  
 impurus: ita p̄ adhesionē ⁊ affectionū superio-  
 rū fit purus ⁊ acquiritur quedā puritas cordis  
 id est affectus ad celestia et spūalia. ⁊ hoc fit per  
 spem. Igit̄ o homo imagine sup te locum quē-  
 dam totū purū ⁊ mundū. Infra te hō locū quen-  
 dā: totū inq̄etus: totū turbulētus ⁊ in cōtinuo mo-  
 tu existentē ⁊ totū turbidū ⁊ impurū. te hō in me-  
 dio p̄sistentē. Quāto igit̄ descēdis ad locū infra-  
 tātō magis efficeris inq̄etus p̄ cōcupiscentias: in-  
 stabilis p̄ varia desideria: impurus p̄ immūdas  
 affectiones ⁊ p̄ mixtionē immūdorū. Quāto hō  
 supra ascēdis p̄ iugem meditationē cōtinuā af-  
 fectionē desiderii ⁊ spem ⁊ celestii admixtionē  
 t̄nto magis eris quietus ⁊ stabilis: vnā illā desi-  
 derans esse scz in atrijs hierl̄m: tanto etiam eris  
 purior per meliorum te admixtionem.

**De compunctione per amorem**  
 qualiter se in ea exercebit. Ca. xxiij



**S**uperius cum per ti-

morem tremefactus cepisti coact⁹  
 ascendere: medicinā quandam tibi  
 dedim⁹ malorū humorū quib⁹ ab  
 ascensu impediēbaris purgatiuam

Sed quia adhuc infirmitas tibi ex h̄mōi humo-  
 ribus remāsit ⁊ infectio gustus vt minus possis  
 ascēdere quia minus spūalia sapis ideo ad sani-  
 tatē tuā recipe aliā medicinā de spe venie genera-  
 tā. viz cōpūctionē et amore. Nā si p̄ spem deside-  
 ras ascēdere i hac p̄pūctōe marie d̄bes exercere  
 Cōficiť aut̄ h̄mōi p̄pūctōe p̄cipue duob⁹ modis  
 licet mltis alijs modis possit cōfici. Primo cū  
 iā timore ⁊ timorū horrore excitat⁹ diu ascēdisti:  
 mltā bona opa ⁊ deuota exercitia p̄fecisti. ⁊ a nox-  
 ijs cōcupiscentijs fueris deprivatus ⁊ adeo ascē-  
 disti vt ad spem venias. Cumq; in spe steteris tūc  
 a longe videns hierusalem celestem ciuitatem vi-  
 sionis pacis quod in timore non potuisti. Inci-  
 pis sepe ad eā respicere ⁊ ei⁹ admirādā pulchri-  
 tudinē p̄siderare: cui⁹ illect⁹ pulchritudie ic̄tpis  
 suspirare: gemere ⁊ plorare q̄ adhuc sis tā remo-  
 t⁹ cupisq; dissolui ⁊ esse cū xp̄o clamās. Quis li-  
 berabit me de corpore mortis huius? Itaq; con-

si dēas te adhuc ab illa supna hīerlm lōgius pe-  
grinari incipis dulciter flere ac sepius deplorare  
q̄ nō poteris illac puenire. Secūdo nascitur hec  
compunctio cum studiose in corde tuo rumīnas  
et enumeras beneficia dei que tibi taz multa et tā  
magno affectu dedit. Incipis cōsiderare tuas in-  
gratitudinem: et quodā interno desiderio incipis  
dilatari et extendi in amorē dei tui qui tibi tanta  
contulit beneficia. Et hec est cōpunctio pietatis  
nascēs de fonte caritat̄ q̄ valet mirabiliter cōtra  
secundā impuritatem cordis. Et aut de pmissis  
duobus modis habeas vñ te possis ad hanc cō-  
punctionē facilius inflamare sequitur mod⁹ quo  
possis formare et erigere meditatiōes tuas de ce-  
lesti beatitudine.

**G**eneralis modus formādi medi-  
tationes de regno celoꝝ ad habendā p̄p̄tionē  
et desiderium ad ip̄m obtinendum. *Ca. xliij*



**D**eteris autē d̄ celesti

illa patria similitudines sensibiles  
assumere a sanct̄ p̄ nostra capaci-  
tate adiuuentas. Est igit̄ ciuitas il-  
la gloriofissima amplitudine: et ca-  
pacitate p̄maxima ex auro mundissimo: gēmisq̄  
p̄ciosissimis mirabiliter p̄structa: singule ei⁹ por-  
te sunt ex singulis margaritis. Est item campus

speciosissimus oīm floꝝ pulchritudine decoras-  
tus. Ibi semp est estas amenissima. Ibi odorum  
suauitas fragrantissima et oīm delectabiliū copia.  
Cogita et totis viribus teipsum totū ad cogitan-  
dum recollige: vt videas quātum sit gaudiū deū  
semp per essentiam intueri. summā et indiuiduam  
trinitatē mūdo cordis oculo inspicere in qua res-  
lucet oīs pulchritudinis, oīs dulcedinis oīsq̄  
bonitatis exemplar essentialē: in qua visione oīa  
videbis oīa q̄ velis scies: et ea visione oīm boni-  
tate oīm gaudio et leticia repleberis. In ea beat⁹  
eris et beatissima beatitudine q̄ deus est p̄frueris.  
Cogita quātū sit gaudiū dño iesu semp assistere  
et eius sanctissimā et gloriofissimā hūanitatē sem-  
per asp̄cere: cū Petrus videns eū transfigura-  
tum optabat sic semp p̄manere. Quā magnus est  
gaudiū videre illum in regno suo sublimē et glo-  
sum qui p̄ nobis in hoc exilio quōdam paup̄ ve-  
nerit et ul pariter et pegrin⁹. Cogita quantum sit  
gaudiū interesse societati celesti curie. quanta leti-  
cia reginā celi matrē dei cū ceteris virginib⁹ in-  
tueri: quāta leticia et exultatio interesse a gminib⁹  
angelozū: letari cum patriarchis, p̄phetis, aplis  
martiribus et p̄fessorib⁹. Cogita de doribus cor-  
poris tui quib⁹ ip̄m corpus beatificabis: videlicet  
de eius immortalitate impassibilitate: summa acili-  
tate et gloriofissima speciositate. Cogita de dorib⁹

anīme quibus sp̄a aīa implebitur tam bt̄a: q̄ sunt  
plenitudo scientie quantū ad vīm rōnalem: replē  
tio iusticie quātū ad vīm cōcupiscibile: supfluen  
tia leticie quantus ad vīm irascibilem. Cogita ex  
his dotibus p̄ncipalib⁹ q̄ ml̄ta alia magna do  
na et ineffabilia consequeris videlz securitates vt  
iam nō timeas eici: non timeas a carne satana  
vel mundo vinci. Item libertatem ad faciendum  
quodcūq; volueris. Item voluptatem mundissī  
mā et iocundissimā in corpe et in anima. Itē amī  
citiā: amorē: honorē: cōcordiā: et perfectissimā  
caritatem. Et breuiter omnia colligēdo habebis  
quicquid volueris et qd nolueris non habebis.  
**Qualiter homo ex memoria bene**  
ficioꝝ dei inflametur ad deuotionē et accendat  
ad compunctionem.

Ca. rrv



**V**erum vt maiorē ha  
beas fiduciam sperandi et futuras  
gloriā optinendi. debes nonnunq̄  
signa dilectiōis que tibi dñs tuus  
eribuit studiose reuolucere et eius  
beneficia diligentē cōsiderare et tali cōsideratōe  
accendi quasi quibusdam stimulis ad reamandū  
Cogita igit̄ p̄mū q̄ sit magnū signū dilectionis  
dei tui q̄ te q̄ toties eū offendisti: toties ad eū ter  
ga p̄tisti: toties ab eo recessisti. toties grauissime

peccasti. quotiens reuertī volebas ip̄te suscepit  
dolenti peccata indulgere: emēdantē et corrigētē ad  
iuuit. Dinūmera beneficia naturalia que tibi cō  
tulit si potes. Creauit te et esse dedit tibi ex nihilo  
sed esse p̄ncipaliter et speciosum sensibile et viuū  
q̄nq; sensibus decoratū. Dedit tibi p̄ceteris crea  
turis inferioribus intellectū quo ceteris animā  
tibus p̄mineres et deū tuū cognoscere posses. et  
veritatē ipsaz intelligere: et hūic intellectui tuo lu  
mē vultus sui infudit et magnā claritatem lumi  
nis naturalis dedit. Dedit tibi mēorias qua simi  
llum rerū simulachra reponeres donec alicuius  
tibi placeret reminisci. Similiter dedit intellectū  
possibiles vbi intelligibilium sp̄s iterū occurrē  
das collocares. Fecit aīam tuā tante dignitatis  
tateq; nobilitatē: vt n̄h̄ il eas replere n̄h̄ il' ve pos  
set sp̄i illabi nisi sc̄tā et gl̄iosissima trinitas vnus  
de⁹ ad cui⁹ imagine et similitudinē te creauit. Quid  
plura: Dedit solē vt luceret tibi p̄ diē: lunā vt tibi  
luminaret p̄ noctem: oīmq; inferiorē creaturā ad  
tuum fecit obsequiū: et ad tuū ministerium ordi  
nauit. Deinde cogita de donis gratie tibi collat  
Dedit enī tibi contritionem et dolorem de pec  
catis: et ab iniusticia reuocauit: et iusticiā infudit  
quod est solius dei: qd tū multis negauit. Dedit  
et inspirauit voluntatē q̄ te velles emēdare tem  
pus et locum ordinauit vbi et q̄n te emēdare pos  
d̄ iij

les. et hec omnia multis te melioribus non dedit. Cogita de donis supercellentie que tibi contulit: vide licet quod dedit tibi dilectissimum filium suum. Primo in incarnatione. Nam propter te natus est. propter te crucifixus est. Deinde in altaris sacramento in cibis et potum. Misit tibi spiritum sanctum in signaculo accipiens: in privilegium amoris: in anulum desponsationis. Ut autem te amplius ad amorem et devotionem et compunctionem pietatis eleues: cogita quod multa propter salutem tuam dominus ille magnus pergit. Sicut deus locutus est cum patribus. apparuit in figuris: loquebatur in prophetis: eduxit de egipto: induxit in terram promissionis et infinita miracula et mirabilia fecit. Et quid autem fecit hec omnia. nisi desiderio et amore tui: ut tu celorum regnum et eternam beatitudinem posses promereri: ut in cognitione celestium intellectum tuum illuminaret et affectum ab infimis purgaret: Hec omnia spem tuam et affectum sursum debent erigere in amorem dei tui. Ut autem hec et similes meditationes de beneficiis dei amplius te moveant debes tenere hunc modum: et talem affectum formare in meditando: ut diligenter inquiras magnitudinem et potentiam benefactoris tui qui tibi hec omnia contulit. Nam est potentissimus ut potes videre in rerum creatione. Est sapientissimus ut apparet in earum gubernatione et providentissima dispositione: unde pro magno debes habere si quid quantumlibet

modicus tibi tribuerit. Secundo debes advertere et cogitare quantum sollicitudine et quanto desiderio. hec tibi beneficia tribuit. Ab eterno deo tibi dare disposuit: ab eterno pre-disposuit. Ab eterno deo te actualissime sine cessatione cogitavit et tibi benefacere ab eterno preordinavit. Sic fuit semper et est circa te sollicitus sicut erga integram urbem vel totum orbem: sic intendit tibi sollicitus pro te ac si vacaret a ceteris. Tercio omnia beneficia divina generaliter humano generi collata ita tibi debes assumere et attrahere ac si tibi soli forent collata: ut cogites. Ecce propter me totum mundum creavit: et omnia in eo. propter me crucifixus est. Et istud non modicus ad maiorem caritatem et gratitudinem te accendet. et tantis beneficiis amplius obnoxium te reddet. Sed et te ipsum debes attendere et mirare: quod tam vili: tam indigno: tam tepido et tam ingrato tanta beneficia tanto tribuit affectu et amore.

**I**ncipit de tertio gradu huius ascensus qui est in caritate et puritate cordis: et in quo consistit iste ascensus: et qualiter homo potest scire quando venit ad istum gradum puritatis vel caritatis. *Ca. xxvj*

**A** premissis ascensionibus et ascensionum gradibus versatur omnis labor incipientium et proficientium et hucusque magnis laboribus multis do-

loribus, vigilijs, ieiunijs, lectionibus, meditatio-  
nibus, ope manuū alijsq; deuotjs exercitijs et ope-  
ribus pietatis laborāt vt hīc veniāt. Nec potest  
hic ascendere tepidus aut negligens vel remissus  
nō mollis aut piger. Siquidē nō est parui laboris  
in prima ascensione p̄teritam vitam dimittere  
plangere et penitere et dignos fructus penitētie  
facere. S; multo maioris laboris vel saltē longi-  
ozis est inueteratam cōsuetudinem p̄torē vince-  
re, inordinatam affectionem et inclinationē ad in-  
feriora deserere: immūditiam et impuritatem et af-  
fectionem contractam expurgare, appetitum glu-  
le extinguere, luxurias deprimere, iram ac inuidiā  
suffocare, supbias debellare, et sic de alijs affecti-  
onibus vitiosis, que oīa spectāt ad purgationes  
timoris. Sed adhuc multo plus laboriosum vel  
saltem altior gradus est deinde totam animam et  
affectiones quantum ad hunc gradum pertinet  
ad celestia erigere et p̄ spem in celestibus habita-  
re. Ecce quāta et quā magna sit inter ascensionē et  
ascensionē ascēsiō inter timorē et spem quātū ad p̄n-  
tem cōsiderationem distantia ascensus et labor p̄-  
ueniendi. Sed qui hucusq; bene profecerit iam  
vicinius puritati et caritati propinquat: licet ad  
huc per aliquos gradus euz ascendere oporteat  
Oportet em̄ q̄ longo et diuturno tēpore in istis  
duobus gradibus timoris et spei ascendendo et

descendendo se exerceat affectiōes noxias supbi-  
am iram gulam et ceteras debellare: humilitate:  
castitatem ceterasq; virtutes quodāmodo in natu-  
ram transformādo. Sunt duo in quibus p̄fectio  
istius tertij gradus puritatis et caritatis consistit.  
Primum quod homo iam induit affectum virtutum  
et ipm quodāmodo in naturas transformauit, ita qd  
virtutes operantur non iam ex timore pene coa-  
ctus uon ex spe remunerationis attractus. Sed  
solo bonitatis affectu indito delectatus, et eodem  
affectu puritatis et caritatis ipsam maliciā et im-  
mundiciā perhorrescit amore videlicet et deside-  
rio virtutis interius habituato, et in interiori de-  
lectatione virtutum: nec operatur iam ipas virtu-  
tes reluctando oblectationibus immo ipsarum  
virtutum affectus medullitus retinens quicquid  
illi virtutum affectui contrarium fuerit: non solū  
non corde recipit verumetiam summo detestatur  
horrore. Iste est qui operatur bonus propter bo-  
num: boni delectatus affectu. Nam qui inperata  
impugnatione vitioruz pacis iam securitate per-  
fruitur et transit in ipius virtutis affectum: iugē  
statum illius boni cūsus iam totus est retentabit  
quia damno intime puritatis nihil credit esse dā-  
nosius. Nec enim carius ac preciosius quicquid  
presenti iudicat puritati, cui pena grauis est vel  
virtutum pernitiōsa transgressio. ¶ Hinc nec

reuerentia bñane pñtie quicq̄ adiiçiet honestatē  
nec minuit solitudo: sed vbiq̄ secū semp̄ circū  
ferens arbitrium: non solū actuū: s; etiā cogitatio  
nū suarū conscientiam nullam mentis recipit im  
puritatem. Scdm̄ est q̄ sicut affectus virtutū est  
In eo habituatus mō pdlcto, ita affectus sit deo  
p̄ ardentē amorē vnitus, ⁊ ad diuine voluntatis  
beneplacitum semp̄ ex seruoze paratus ⁊ in diuis  
na speculatione erectus. Siquidem ei adheret per  
seruidum amorē ⁊ ad eius intuitum om̄e perhor  
ret vitium ⁊ peccatum. eius amore ⁊ intuitu ze  
lo semp̄ est accēsus. veritatem vbiq̄ zelat. seruet  
sapientie studijs: huic amica sanctitas vite ⁊ mo  
rum disciplina: cuius mores erubescunt iactanti  
am: abhorret detractionē: inuidiam nescit: supbi  
am detestant: oēm humanā gl̄iam nō solū fugiūt  
s; ⁊ fastidiūt ⁊ stempnūt: oēm in se carnis ⁊ cor  
dis impuritatem vehemētissime abominātur ⁊ p̄  
sequūtur: om̄e deniq̄ tanq̄ naturaliter ⁊ qd̄ malū  
est respuūt. ⁊ quod bonū est amplectūtur. Sic est  
mōs pinguis i quē q̄ ascēderit ingrediēs ⁊ egre  
diēs pascea inueniet. Ingrediēs int̄ in vī occupi  
scibili inueniet gaudiū in spūscō: longanimitatē  
benignitates: modestiā ⁊c. In irascibili fortitudi  
nem: cōstantiam ⁊ perseuerātiā: patientiam ⁊c.  
Intellectu sepe ultra se ascendit ad intuitum di  
uine speculationis. licet p̄ speculum in enigmate

Foris egredit ⁊ cognitōne ⁊ pulchritudine crea  
turarū in amorē accendit creatoris. Compa istū  
statum ad illum de quo superius fuit dictū. Adā  
fuisse constitutus. ⁊ vide quantū iste ab illo distat.  
Dic est status perfectionis. hic est mōs puritatē  
⁊ pfectus ascensus pfectionis vere caritatis. Qui  
potest ascendere ascendat: qui potest capere ca  
piat s; decedat segnes laborcm fugientes. Quā  
uis hic status pfectionis nisi dei speciali gratia  
a nemine acquiritur. gratia tñ dormiēt: bus negli  
gentibus ⁊ nō coopantibus nō datur: ergo mili  
cic sp̄s amor ē discedite segnes successiue tamē  
pnt̄ repetere ⁊ diuti⁹ exercitijs appropinquare.  
**¶ De tribus gradibus ascēdendi cōs**  
tra terciā impuritātē quib⁹ hō successiue disponi  
tur vt deo pfecti⁹ possit inherere: *Ca. xxvij*



**Ed quia superius di**  
ctū fuit: quia terciā impuritas cor  
dis consistit in quadam inhabilitate  
⁊ idoneitate adherendi deo ⁊ co  
gnoscedi eū. Vñ etiā affectibus iā  
purgatis et spe recepta forsitan non tñ semp̄ hō  
est idoneus ⁊ habilis deo adherēdi: ⁊ in ip̄o quie  
scendi p̄ affectū cū tñ hoc vnū esse dixim⁹ in quo  
altior gradus puritatis ⁊ caritatis consistit. Ideo  
dicendū quō hō successiue ascendēdo fiat ad

hoc idoneus ut sic fiat plenius purus qui terciā  
expurgat impuritatem. Nū iterum oportet te no  
uas ascēiones in corde disponere quibus discas  
et assuecas iugiter deo per caritatem adherere.  
Pro quibus ascensionibus disponēdis scire de  
bes: quod christus iesus deus et homo dei et hominum me  
diator: ipse est via per quam ad diuitatis noticiā si  
mul et amorem debes ascendere secundum Augustinum. vii. con  
fessio. Ad hoc enim precipue christus carnes assumpsit  
ut qui deum spiritualiter intelligere non potuimus per  
christum verbum caro factum ascenderemus ad notici  
am et amorem spiritualem. In christi ergo vita et morte  
constitue tibi triplicem ascensionem per deuota ex  
ercitia. Prima ascensio sit ut affectu quodam dul  
ci et desiderio cordiali. licet quodammodo carnali ad  
heras christo: comiteris christum iugiter circa christi vitam  
et mortem affectatus et eius presentia et recordatione in  
tuis exercitiis delectat. In hac prima ascensione  
vel primo affectu potes diuersimode variare tuus  
exercitium: sicut christum in vita multi diuersimode af  
fectati et variis intentionibus sequebantur. Aposto  
li enim primo sequebantur eum sola eius presentia cor  
pali delectati eius colloquio recreati: eius dulce  
dine et affabilitate allecti. Et tu etiam primo huiusmodi se  
quere christum esto in eius comitatu. Cogita quod fuerit  
eius presentia dulcis. Cogita corporis eleganciam  
et speciositatem. Nam speciosus forma pre filiis ho

minum. Attende suaves eius sermones et dulcissimam  
doctrinam et attende modum quo christus se in omnibus  
habuit quod dulciter et benigne verba illa melliflua  
protulit. Attende modum quo interius se habuit: quod  
ab intra mitis et benignus et suavis. Attende in eo sen  
sus maturum aspectum venustum. Cogita in christo pro  
fundissimam sapientiam in corde. venustissimam eloque  
ntiam in ore. optimam morum dispositionem in exteriori com  
positione. Hoc modo apostoli sequebantur. Alii quidam seque  
bantur ut eorum christus sanaret infirmitates. Seque et tu  
cum interdum hoc modo et humiliter prostratus adora eum  
dicens. Domine si vis potes me mundare vel ihesu filii  
dauid misere mei. Quidam sequebantur eum propter mira  
cula eius. Et tu mirare potentiam eius in miracu  
lis. Naturas mutat. elementa commutat. demones  
fugat: omnemque infirmitatem sanat. Ex his discere eum  
esse deum qui nature suos effectus in primo eis in  
didit naturales salua sibi semper obedientiam in omni  
bus etiam ad effectus supernaturales producidos  
Et similibus modis potes variare exercitium et  
affectum in primo ascensu. Sed scias quod licet hec  
exercitatio in re spirituali satis utilis sit: scilicet  
occupare se circa mores et gestus iesu christi do  
mini nostri: tamen quantum ad ascensum ad chri  
sti amorem non sufficit: immo de per se parum  
prodest. Quid profuit inde pilato. herodi vel  
phariseis. quod christi mors. vel gestus aut presen



tiam corporales viderūt qui eū imitari noluerūt  
Igitur terminus huius prime ascensionis secundum Bern.  
sup cantica. erit tibi: ut sicut apostoli hoc affectu tra-  
cti omnia mundi diuitias etc. reliquerunt: ita et tu  
in isto gradu pseuerabis ut cor tuum illa suauitas  
occupet et totus sibi ab amore vniuerse carnis ac  
carnalis illecebre vendicet. id est breuiter homo cor suum  
in tali exercitio debet extendere in affectus et amo-  
ran humanitatis christi ut omnis affectus suus et ap-  
petitus ad dulcedinem humanitatis christi transferatur.  
Secundus ascensus per vitam et passionem christi est iam ali-  
quantulum altius ascendere et non solum circa christi  
humanitatem se exercere. sed ut Bern. dicit. in homine  
christo deum inuenire licet non deum nudum neque  
nudum hominem: sed et christum deum pariter et hominem  
comprehendere: christumque ut deum pariter et hominem di-  
ligere: diligere et adorare. Multum quidem fructum  
in exercitio confert circa vitam et passionem christi domini si  
quotiens legis vel cogitas christum hoc vel illud fe-  
cisse vel sustinuisse: tale tibi conceptum de christo pote-  
ris formare et tibi lucide deum et hominem representet  
id est unam personam significet que simul est deus et ho-  
mo ut quicquid legis vel cogitas christum fecisse siue  
in mortuis suscitandis: siue in miraculis facien-  
dis: hominem fecisse christum non dubites: quicquid christum  
legis sustinuisse. siue in manuum perforatione et pedum  
conclauatione: deum credas indubitanter sustinuisse

et hoc propter persone vanitatem in que diuitas et huma-  
nitas sine naturarum permixtione subsisterat et hoc cre-  
dit quilibet verus christianus: sed quanto lucidius com-  
cipit deuotus. tanto in christi vita. passione et mira-  
culis pinguior erit affectus. Si christum hominem co-  
gitas inde tibi dulcis affectio et magna fiducia  
quia homo mitissimus: benignissimus. nobilissimus  
suauissimus totus decorus gratiosus et formo-  
sus. Inde tibi fiducia accedendi: adorandi et faci-  
lior conceptus. Nam facilior est nobis humanitatis  
noticia ut puta menti impressa: quam dei a mente remo-  
tissima. Sed si christum deum cogitas: inde tibi omnia ver-  
ba facta. miracula. gestus magis appareret metu-  
da. terrenda: horrenda et admiranda. Et sic si vtrum-  
que in christo intelligis et concipis. magna tibi nascetur  
deuotio: amor et fiducia. Et rursum timor et reue-  
rentia. Tercius ascensus est iam per humanitatem christi  
ad spiritualem affectus assurgere et iam ipsum deum per  
speculum in enigmate mentalibus oculis intueri  
et sic ex humanitate ad noticiam et amorem diuinitatis  
peruenire. Et hic merito abicitur tertia mentis im-  
punitas per adhesionem dei. Et per huiusmodi mentis intuitum  
et adhesionem et transformationem incipit quodam-  
modo homo unum spiritum cum deo fieri et extra seipsum trans-  
gredi. et ipsam veritatem intueri. et ad unionem et ad-  
hesionem habilitari. Unde august. vii. confessionum. Nam  
inquit admonitus redire ad meipsum intraui ad

intima mea duce te et potui quoniam factus es adiutor  
meus: et vidi qualicumque oculo anime mee super eun-  
dem oculum anime mee: super mentem meam lucez domini  
incommutabilem: non habet vulgarem et conspicuas omni  
carni: nec quasi ex eodem genere grandior erat tam-  
quam si ista multa multoque clarius claresceret totum  
quod occuparet magnitudine: non hoc illa erat sed  
aliud: aliud valde ab istis. Qui novit veritatem no-  
vit eam: et qui novit eam: novit eternitatem: caritas  
novit eam: O eterna veritas et vera caritas et  
cara eternitas: tu es deus meus tibi suspiro die  
et nocte. Ecce hic est ultimus ascensus in hac pe-  
grinatione donec ascendamus ad dei essentialem  
visionem. Sed caueat hic bestia ne tetigerit mon-  
tem: hunc caueat impurus adhuc ne appropiet.  
Nam bestia que tetigerit montem ipsa lapidabitur  
Et etiam circa has ascensiones modum habeas te ex-  
ercitandi: etiam hoc sic et in precedentibus generale modum  
meditandi de vita et de passione christi curavimus annotare  
**De figuris prophetis et scripturis circa incar-**  
**nationem christi: Ca. xxviii.**



**A**rca opus nostre re-  
deptionis versat materia totius diuine  
scripture. et omnia in scriptura ad ipsum re-  
feruntur. Ipsum futurum testamentum veteris  
pronunciat: ipsum factum et impletum. novum clarius de-  
monstrat. Cogita igitur quod multa in figuris gestis

factis oraculis apparitionibus per reges per prophetas sa-  
cerdotes ipsum opus precesserunt et hoc intellige  
magnitudinem huius operis quod erigit gratitudinem.  
Cogita tuam ingratitudinem et in affectum respectu  
desiderii antiquorum. Pertracta antiquorum desiderium  
Mirare tuam et multorum circa hoc opus tepiditatem.  
**De annuntiatione domini. Ca. xxix**



**Q**ui premissis figuris

implendi venisset impletudo temporis et  
christo desiderium primum implere placisset  
missus est angelus Gabriel qui virgini  
nunciaret dominum incarnandum. Hic erul-  
ta iam patrum desideria et precedentia ora-

cula impleri. Attende angelus reuerentiam ad mariam. Mi-  
rare dei humilitatem. Considera virginis exaltationem  
nota eius humilitatem castitatem aliasque virtutes. Nota  
eiusdem iactantiam exultationem et locundam deuotionem  
Nec obliuiscere misterium quod exhibuit Elizabeth.  
**Vita christi sub compendio usque**  
**ad cenam. Ca. xxx**



**D**e hinc dei filius cuius

magitudinis non est finis factus est per  
uus infantulus. Cogita quod deus puillus  
vagat et lachrymat est in presepio. attende  
deus humilitatem agete

lorū mirare cōcursum. Pastozū intuerē ex cubi-  
as. Angelozū ⁊ pastozus auscultā colloquiū. Vt  
de Ioseph stupentē. Aspice Mariā iubilantem.  
Nota faciē ⁊ dispositionē pulcherrimi pueri. Sz  
⁊ attēde paruuli magnitudinē interiorē. Mirare  
sapientiā. ⁊ reuerētē osculare p̄sepe pueri. Octa-  
uo die circūcidit ⁊ Iesus vocatur. Attēde q̄ si-  
ne peccato assumpsit peccati remediū. Cōpate-  
re q̄ tam tener puer leditur ⁊ fundit p̄ te sangui-  
nem. Cōsidera quō lacrymas exteriūs: interius  
homi cōpatiebatur. Cogita d̄ dulci noīe iesus: Su-  
me exēplū teipm circūcidendi. Apparēs deinde  
stella fulgida magos duxit ad xpm. Cogita ma-  
gorum deuotionē ⁊ sequere eos. ⁊ deuotissime of-  
fer cum eis xpo quicquid habes. i. aiām tuam. Cō-  
sidera quātam vilitatē ⁊ paupertates magi inuene-  
rūt: nec xps aliter se disposuit ppter magozū ad-  
uentū. Nota hic triplex testimoniū de xpo nato:  
stella: magoz ⁊ iudeozū p̄hibentiū testimoniū de  
xpo vt ne vacilles in fide. Maria deinde xpm ob-  
tulit oblatōe pauper ⁊ redemit q̄si p̄mogenitū. Co-  
gita Marie Anne Simeonis ⁊ Ioseph p̄cessio-  
nem: ⁊ deuotus occurre vlt̄ aspice. ⁊ attēde dulce  
colloquū ⁊ magnā deuotionē. Attēde xpi simul  
⁊ marie matris humilitatē. Christus adhuc par-  
uulus fugatur ab herode. Attēde xpi patientias  
⁊ discē pati. Sequere p̄grinatēs: attēde colloquen-

tes: in om̄ibus discē paupertatē ⁊ hūilitatē. A duo-  
decimo aut̄ āno vsqz ad tricesimū ip̄erex glorie in  
pp̄lo absconditus latitabat: nō docebat nec mira-  
bilia faciebat: sz dum tam diu tacuit tacēdo mari-  
me docuit ⁊ nihil faciendo maximū quidegit: do-  
cens tenō cito ad docendū surgere nisi sedendo  
prius ⁊ hūiliando. Tricesimo hō anno a Iohā-  
ne baptizatur. Cogita iohānis reuerētiam: qua-  
liter ad xpi tactū tremuit. Cogita xpi hūilitatem  
qui se Iohāni subiecit ⁊ oēs iusticiā. i. p̄fectā obe-  
dientiā impleuit. Nota q̄liter h̄ se tota trinitas p̄so-  
narū oñdit: qualiter pater xpm ad p̄dicādū misit  
dicētes. Ip̄m audite ⁊c. ¶ De hinc quadraginta  
diebus ⁊ quadraginta noctib⁹ in heremo ieiunās  
postea temptat a sathana. Cogita xpi in heremo  
cōuersationē: quid tibi fecit: de deuota eius orati-  
one ⁊ contēplatione. Nota ibi eius humilitates  
quia fuit cū bestiis fm̄ marcus. Cogita mirandā  
xpi patientias a demone portat ⁊ sustinet. Logi-  
ta q̄ sapienter sathane resistit ⁊ tibi exēplū con-  
tulit resistendi. Mirare eius dignitatē: quia ange-  
li ministrabant ei. Extunc quosdam abiectos eli-  
gens piscatores cū eisdē predicatiōis gladio ce-  
pit totū mūdum debellare. Nota eius cōmunem  
vitā cum ap̄lis. Nota eius dulcē cōuersationem  
Cōsidera secretū eoz colloquiū in domo ⁊ i via  
Vide quō ip̄e inter eos est sicut qui ministrat. cum  
e iij

eis comedere vna mensa et scutella. non habet priuilegium legi. Et tunc deinceps visus est super terram et cum hominibus conuersatus. Siquidem inter homines ambulans et ubique verbum dei seminans multa miracula que nisi a deo fieri non potuerunt fecit cecis visum surdis auditum restituit demones fugauit: leprosos mundauit: breuiter omnes sanauit. et tot miracula fecit que vix scribi possunt. Orantibus peccata indulget. Ubique predicabat. Parabolas mysticas proponerat: in quibus vna pastorem se dixit ad ouem perditam reducendam aduenisse. Nota hic et attende quomodo frequenter sequebatur christum multitudo maxima nonnunquam quatuor milia vel quinque milia et usque ad heremum. Sequere et tu et esto circa iesum ut verba eius audis: faciem christi et apostolorum inspicias et colloquia et miracula videas. Volens autem hostiam offerre propter quam venerat ut se agnum verum paschalem ostenderet. quinta die ante pascha allatus a discipulis a sellum celi terreque dominus ascendit: magnos triumphos et laudum preconios pueris hebreorum clamantibus osanna in excelsis hierusalem sanctam ingreditur. Nota a sinationis regis christi humilitatem. quomodo sedet. quomodo est ornatus qualem habuit regiam familiam. **Terne** Iesum hierusalem cum appropinquaret et videret lacrimantem et deflentem magis autem animam peccatricem.

**De cena domini.**

**Ca. xxxij**

**Um autem iam tem**

pus patiendi eius instaret. ipse qui suos semper dilexerat usque in finem dilexit eos. **S**iquidem transiturus ex hoc mundo cenam fecit magnam mirabilem plenam mysterijs et grauidam sacramentis: ad quam inuitauit apostolos. Desiderio inquit desideravi hoc pascha manducare vobiscum. In qua cena multa mirabilia fecit: immo mirabilissimum omnium suorum quodam memoriale et compendium instituit: dans escam timentibus se in memoriam mirabilissimum suorum. Hoc inquit ens facite in meam commemorationem. Hieronimus. Hanc ultimam nobis memoriam reliquit: quem admodum si quis peregre proficiscens aliquod pignus ei quem diligit relinquit: ut quotiescumque viderit possit eius beneficia et amicitias commemorari que si ille perfecte dilexit sine ingenti desiderio vel fletu illud videre non potest. Ideoque saluator hoc tradidit sacramentum ut semper commemoremur. quia pro nobis mortuus est. Hoc igitur cum accipimus a sacerdotibus commemoremur quia corpus et sanguis christi est. ut non simus ingrati tantis beneficiis. Sunt autem in hac cena multa tibi omni deuotione et reuerentia reuoluenda omnique pietate colenda. **De**  
elij

ditare igitur quod in hac cena ipse dominus magnus et lau-  
dabilis nimis, pedes discipulorum et sui traditorum  
lauit: inclinans se usque ad terras et precingens se  
linteo, ut nos instrueret sue humilitatis exemplo  
Cogita modum quod Christus in hac lotione se habuit  
exterius et interius: quia exterius humilime et di-  
ligentissime lauit. Interius summa humilitate de-  
uotione opus suum profecit. Respice piissimum magi-  
strum et dominum sedentem ad mensam unam et comeden-  
tem exscutella una cum discipulis. Cogita quod abun-  
danter Christus in hac cena refecit discipulorum corda  
infundens doctrinarum fluentia. Denique per monitionem ipsius  
fecit singulis hominibus ignem quasi amoris facibus  
scintillam quem Iohannes euangelista ceteris acu-  
tius videns et altius volens solus copiose descri-  
psit. Cogita qualiter agnum typicum comedit et tibi  
quod verum agnum et eucharistie sacramentum manduca-  
re debeas figurauit. Sed super hec omnia mentalibus  
oculis et deuotissimis desideriis semper recogitare  
et ad cor tuum reducere debes ipsius excellentissimum  
sacramentorum quod ibi instituit, mirare Christi largissimam  
munificentiam et huius sacramenti profundissimam digni-  
tatem. At dum huius dignissimi sacramenti facis memo-  
riam in mente tibi veniant omnia que Christus pro te gessit in  
carne. Hoc enim est quod ait: Hec quotiescumque feceritis  
in mei memoriam facite, eorum scilicet que pro te gessi in  
carne: quod propter te homo sum factus, propter te ama-

bilissime et multa passus: propter te tandem crucifixus.  
Verum quia tibi pro tot arduis et difficiles ascensio-  
nes gradienti adhuc multa restat via et magnus  
ascensus, hic tibi est summe necessarius in hac  
via qua gradieris. Unde et nomen sumpsit: ut viati-  
cum appelleret. Verum. Cor Christi egrotis est medicina  
peregriantibus diuita: debiles confortat: valentes de-  
lectat: languorem sanat: sanitatem seruat. fit homo man-  
suetior ad correptionem: patientior ad laborem: ardenti-  
or ad amorem: sagacior ad cautelam: ad obediendum  
promptior: ad gratiarum actionem deuotior. Ideo  
necesse est tibi ut frequenter te ad sacramentum  
preparares communionem. Nam sicut hic homo  
bene et digne susceptus magnam et multam confortem  
anime gratiam, ita et male dispositis maiorem inferit  
culpam, et mortem non sui culpa, sed vitio recipientis.  
Sunt enim frequenter effectus sacramentorum secundum dispo-  
sitionem accipientium ut ad bonum vel ad malum coope-  
rentur. Et autem ipsius digne possis suscipere in tri-  
bus te debes erere ad huius sacramenti dignam  
susceptionem requisitis: que sunt corporalis munditia  
puritas conscientie et deuotio actualis. Corporalis mun-  
dicia: interdum est de congruo: interdum homo est neces-  
sario requisita secundum quod corporalis immunditia est diuer-  
sa: et secundum quod habet variam causam et originem. Puri-  
tas autem conscientie ipsa est tibi precipue et ante omnia neces-  
saria. Ideoque ante reuerendi huius sacramenti sum-

ptionem maxime debes teipm fm primā r scdas  
examinationē discutere mō superius posito r sic  
ad cōrptionem exercere r ad cōpunctiones infla  
mare vt scz doleas de pctis cōmissis: corde: ore:  
r ope. r insup de his q̄ facere omisisti. Ac deinde  
eo modo quo dictū est accede p̄fessorem r p̄fite  
re peccata tua p̄cipue grauiora. sed r poteris cō  
fiteri peccata tua notabilia cōmumia r ignozata  
Tercio debes te exercere ad actualem deuotiones  
que videtur in duobus p̄sistere vt ad sumptionē  
hui⁹ sacramenti scilz timorem r reuerētiam habe  
as: atq; insup actuali amore vnionis ad xpm r  
desiderio mouearis. Igit̄ tibi timor inducat reue  
rentiā adducēs in ternis obtutib⁹ hui⁹ sacramē  
ti p̄fundissimā dignitates r dignissimā r metuen  
dā p̄funditatē. Itaq; vt reuerentiā hui⁹ sacramē  
ti r dignitatē intelligas r nō insensibilis sine ti  
more accedas: diligenter aduerte quis est quē su  
mis: quis sis qui sumis. Sumis em̄ euz quē Jo  
hānes baptista tāgere tremescit. quē Petr⁹ aplo  
rū p̄nceps a se expulit p̄re formidine ei nō audēs  
ppinq̄re dicēs. Eri a me dñe qz hō peccator suz  
Ipsum quez sumpturus accedis adorāt dñatio  
nes: tremunt ptātes. Ipse iste quez sumis erit su  
der tuus r ei⁹ tribunali iudicādus astabis. Ipse  
est in cuius manus anima tua hinc egressa deue  
niet ab eo prout meruit receptura. Vide igit̄ qn̄

ta reuerētia debes accedere. Attende q̄ nihil tan  
tum deū offendit quātuz temeritas p̄sumptuosa  
r irreuerentia inuerecunda. Cogita deinde tu q̄s  
es. Certe homo tepidus negligēs vitiosus. Re  
duc ad memoriā qualis sis ex tribus examinatiōi  
bus p̄missis. Cogita deinde q̄ q̄uis mille annis  
te preparaueris nullatenus sufficeres ad condi  
gnam sacramēti hui⁹ sumptiones: etiā si oīm san  
ctorū meritis gauderes r angelorū r hoīm puri  
tate floreres. Quō igit̄ audes accedere sine timo  
re sine reuerētia qui vix ad modicū t̄ps te in cor  
de disponis p̄parare. Time ne dicat. Ecce tradē  
tis manus mecū est in mēsa. si videlicz fm Ber.  
susceptū christum tradis vitijs superbie: inuidie  
r sic de singulis. Time indigne suscipere ne iu  
diciū tibi manduces r bibas. Non tamen sit  
hic timor tantus vt desiderius penitus excludat  
r deuotiones tollat. ¶ Nam panis iste fm Au  
gustinus: querit esuriam hominis interioris. Nū  
neceste est te etiam habere desiderium r amorem  
Multis autem modis poteris desiderium tuū  
Inflamare erga huius reuerendi sacramenti.  
sumptionem Non nunq̄ debet affectus tuum in  
flamare amor vnionis christi: vt christum ad te  
sepius venientem mentis affectu et intimo pos  
sis cordis desiderio amplexari. Nonnunq̄ vero

trahere debet affectum tuū sanitatis interne desi-  
derium: vt cum te vides cōcupiscentijs ⁊ passio-  
nibus plenū ⁊ teipm in te deficientē ⁊ pficere nō  
valentē tanq̄ medicū pijsimū ad te introducas  
dñm iesum .cui⁹ nomē dicit̄ iesus .i. saluator. Nō  
nunq̄ debet accēdere desiderū tuū ꝑ scia delicto-  
rum. Cum em̄ tentis te grauib⁹ peccatis deus  
offendisse. atq; legis xp̄m hoc sacramētum in re-  
missionem pctōrum instituisse: nō est mirum si ad  
ipsius inflammaris susceptiones. Itē debet trahere  
affectum tuū amor ⁊ passio primorū vt scz ꝑ  
hāc hostiā possis succurere viuīs ⁊ defunctis ⁊c.  
Pro maiori aut̄ d̄sidio tuo inflamando ⁊ exer-  
citādo potes diligenter vltam xp̄i reuoluere: quō  
īpe infirmitates oīm desiderātiū: adorātū ⁊ in se  
credentius tulit: ⁊ infirmitates oīm ipse portauit  
Siquidem mulier accedēs retro ⁊ hūiliter sed et  
cū fiducia. tāgens eius sūmbriā est sanata. Hec  
catrix pedes ei⁹ osculās est mūdāta. Chananea  
dum importune sequitur exaudita est. Leprosi ac-  
cedentes curati sunt. Démoniaci: palstici: ⁊ cun-  
cta nature monstra dum accedūt ⁊ credūt salutes  
consequūtur. Nam x̄tus de illo exibat ⁊ sanabat  
oēs. Publicani ⁊ pctōres accedentes veniam ꝑ  
merētur nec eorū cōsulū desperit. Igit̄ cum fece-  
ris qđ in te est. cū reuerētia ⁊ timore: cū desiderio  
pariter ⁊ amore accede sperās de infīnsta dei ꝑie

tate. Cum etiā ad hui⁹ sacramenti sumptionē d̄s  
spofueris te: debes te in mēoria passionis domi-  
nice diligētius exercere. Inter p̄dictos aut̄ duos  
affectus. timoris scz ⁊ amoris fluctuat mens et  
exercitiū deuotorum. ⁊ aliqui quidem magis ad  
eius sumptionē ardentē desiderio anhelant ⁊ fre-  
quentius accedūt. Alij timore ⁊ reuerentia hui⁹  
sacramenti teriti attendentes sacramēti dignita-  
tem ⁊ ꝑpriam vilitatem piculumq; indigne sumē-  
tium magis se retrahunt ⁊ ꝑ formidine ab eius  
sumptione se cupiunt elongari. Verū vterq; effe-  
ctus recōmendāus est. ⁊ interdum ex desiderio  
accedere. interdum ex reuerētia dimittere laudabi-  
le est ꝑ loco ⁊ tpe oportunitis. Et s̄m August. vni-  
us cuiusq; ꝑscie relinquendum est: quod faciēdū  
videtur. Anū tñ oīmibus indubitanter securū est  
vt scz nec ex reuerentia desiderium et spem exclu-  
damus nec rursus ex spe ⁊ desiderio relinquam⁹  
reuerentiā ⁊ timorem: sed inter vtrumq; affectum  
medij fluctuemus. aliqñ plus de vno habentes  
aliqñ plus d̄ alio. At em̄ beat⁹ Gregori⁹. Nihil  
em̄ nobis securius q̄ sub spe semp̄ timere. Affe-  
ctus tñ amoris absolute loquendo excellit. Sed  
quod absolute est melius in casu fit et est multis  
periculosius magisq; timendum.

**¶ De passione dominica ⁊ de tribus**

in quibus homo debet se exercere circa passionē  
christi.

Ca. xxxij



## Vadam ad mōtē mir

rhe. Et tu homo deuote si montes  
mirrhe. i. amaritudinem penitentie  
per carnis mortificationem vis ar  
ripere atq; per timorē et spem ad  
montem ascensionē puritat[is] vis

ascēdere: nihil tibi vtilius q̄ vt nōnunq̄ mirrhā  
primam de morte saluatoris tui studeas collige  
re. Inde enī tibi mirrha amara timoris p̄seruans  
a putrefactione vitiose delectationis: dum vides  
dñm tuum ascendisse montem mirrhe. i. montem  
caluarie vel magnitudinem pene ppter pctā tua  
sustinuisse. Inde tibi nōnūq̄ ecōtra spes et deuo  
tio et vnguēta p̄ciosissima timoris: amoris: grati  
tudinis: cōpassionis et h̄mōi emanabūt. Igit̄ vt  
te labor nō terreat: amaritudo non deiciat spes  
trahat: deuotio alliciat: gratitudo: amor et cōpun  
ctio cogāt ascēdere mōtē puritat[is]: p̄us vade spe  
culādo ad xp̄m q̄ nō incōgrue pōt dici mōs mir  
rhe. ppter amaritudinē passionis acerrime. debes  
aut̄ pmo ad ip̄s ire deuote passionē suā velud mir  
rhā p̄mā viuacit̄ colligēdo et cordi tuo imprimē  
do. Et s̄ fit dū xp̄i passionē circūspecte morose et  
deuote ruminās diligēt̄ ad l̄ram seu p̄m sensus

h̄borū speculādo. Secūdo debes ad xp̄i passionē  
tāq̄ mirrhā ire et inde aliq̄ ad tuā vtilitatē trabe  
re: siue medicinā p̄tra vulnera passionum siue ex  
empla h̄tutū. Tercio debes ad ip̄s ire et ex illa mir  
rha p̄ma mētē tuā ad deuotionē pungere et amorē  
inflamare et teip̄m p̄mptū efficere ad oim tollerā  
tiā tribulationū. Et aut̄ xp̄i passionē ad l̄ram de  
uote relegere valeas: et circūspecte dirigere: scire  
debes q̄ tal̄ meditatio passiōis dñice simpliciter  
ad l̄ram. i. simplicit̄ factā et gesta et penalitates xp̄i  
in passiōe p̄siderare: marie inducit p̄ passionē et de  
uotōes ad xp̄m ex p̄ passiōe. Et at̄ meli⁹ p̄ passio  
nē et deuotionē ex h̄mōi: meditatōe elicias: debes  
inimope s̄ qd̄ p̄us dictū ē at̄cedere vt semp xp̄s  
quo lucid⁹ poter[is] vnā p̄sonā p̄cipias quē deus  
et hoīem ēer fuisse nō dubites: Cū igit̄ legis xp̄s  
talē penā sustinisse vel sic et sic r̄ndisse vt tacuisse  
cogita sp̄ et in p̄ceptu sic forma vt nomē iesu tibi  
deū et hoīem rep̄ntet et sic xp̄m deuot⁹ et maiorē re  
uerētia asp̄c[is] multoq; ampli⁹ p̄patier[is]. Si ei h̄ua  
no affectu bruto aiālī cōpateris. intense afflicto.  
quātomagis cōpatereris xp̄o si eū non solum vt  
hominem piissimum: dulcissimum: mitissimum: no  
bilissimū: amantissimū: gratiosum et decorū in cō  
ceptu assumeres: verū insup vt deū om̄ipotentē  
metuendū: reuerendum: adorandum creatorē et  
iudicem tuum mentis tue oculis representares.



Secdo vt xpo ampli' cōpatiatur et penalitates ei' medullitus aīaz tuā gladio doloris trāsuerberēt debes xpm in quauis pena pstitutum nō solū respicere quali exterius summo dolore afflictus. s; etiā iumnope eū diligentissime interius cernere omī dolore repletum et absinthio vniuerse amaritudinis inebriatum. Primo igitur quoties legi aliq̄ penalitatem vel aliq̄ opprobriū xpo illatū nō per illud ita accipias xpm passum et sustinuisse sicut si alius aliquis homo p eandem penā sustinisset. s; indicibiliter aliter et ampli' ultra oēs hoīem. Cui' causas debes in corde diligēter colligere: quā sunt multuz ad compassionē motiue et inductiue. Igitur notum est tantum p:ecise vnū quēq; aliqua pena sensibili torq̄ri et affligi: quan soplus aliquis sensuū illam penā tanq̄ sibi incouententem sentit. Sed et itez nō est dubiū sensus alicuius hoīs tanto plus et citius penā sentire et ex eadem torqueri: quāto sensus illius hoīs fuerint viuatores. Christus aut natura viuacissim' et cōplexionis dignitate nobilissimus extitit ideo maximā sustinuit penalitates ultra quēuis alius hoīem. Vide ergo si est aliquis dolor similis sic dolor ei'. Cogita ergo si tibi vel alteri tenero homini intolerabilis esset pena caput spinis pforari. totum corpus acerrime flagellari et. quātoma gis Iesu xpo homini et deo fuit illa pena grauissi

ma in natura sua nobili et delicata. Secdo xps patiebatur tm̄ quātum voluit. Nam sm̄ euāgelistā Iesus turbauit seipsuz nō passio. sed ipse seipm̄. Itē oblatus est quia voluit. S; quia xps passionem suā assumpsit p satisfactōe originalis criminis qd̄ tm̄ fuit: vt totū gen' hūanū iusticia originali spoliaret et ipam naturā inficeret eterna beatitudine spoliaret. Et itē assumpsit passionē et mortem vt ipse esset hostia sufficiens p omnibus hoīb' et quia dei pfecta sunt opera. videt̄ oīno qd̄ xpus assumpsit mortem amarissimā. In Hieremi. Vos oēs qui transitis p viam: videte si est dolor similis sicut dolor meus: ac si diceret nequaq̄ immo dicūt doctores qd̄ dolor eius passio fuit a dō acerbissimus et afflictiuus qd̄ excederet dolores oīm hoīm quos ab initio seculi passi sunt vel passuri. Preterea tertio nō modicū aurit xpi dolorē qd̄ hāc passionē a tali pplo sustinuit. cui tot beneficia contulit. cui merito dicere potuit. Popule meus quia ego deus tuus: quid p te facere potui et nō feci: tu ho quid mihi pei' rependere posses qd̄ qd̄ acerrimā mortem inflixisti. In p̄terea cōpatiens huic pplo orabat. Si possibile est transeat a me calix iste. i. ab hoc pplo infligendus: vt quidā sancti voluerūt. S; et passio xpi fuit in oī membro: in omni sensu. Manus gratiose pforate Caput spinatum: totum corpus flagellatum et

f

sicut potes p singula currens studiosius pscruta  
ri. Itē eius passio fuit opprobriosa: derisio:  
ne: p fusione: scādolo: sputatione: capitis velatio  
ne plenissima vt nūq̄ simile legisti ⁊ hoc ex mari  
ma inuidia phariseorū. Itē vt melius amaritu  
dinem passionis xp̄i sentias: hoc habe p regla vt  
quotiēs euāgelista ponit absolute aliquā penam  
xp̄o inflictas adde tu in corde valde vl̄ marie vl̄  
seuerissime ⁊c. vt ⁊ b̄i gratia. Percussit eū suus  
pontificis: cogita tu valde grauitē sicut dubiū  
nō est: q̄uis certum gradum pcussionis vel affli  
ctionis scire nō poteris. Auerte nūc etiā diligēter  
in corde collaca causas afflictionū ⁊ dolorū inter  
norū christi que forsitan sensibilem penā precel  
lebant. Nec sūt interior afflictio surgebat primo  
ex feruido zelo christi p hūano genere saluando.  
Pro quo tñ ad maiorē ptem passionē suā vide  
bat infructuosam ⁊ inutilem: licet p om̄ibus esset  
sufficiens ⁊ supabundās: nō aut efficiens ppter  
maliciā multorū. Itē habuit maximā cōpassionē  
cum sua matre benedicta om̄ibus amaritudinib⁹  
repleta. Itē grauabatur interior pena christi ex  
miscratione iudeorum. Item ex dolore discipulo  
rum ⁊ peccato precipue iude. Itē ex nostra ceci  
tate ⁊ ingratitude. pro qua ⁊ fleuit super hieru  
salem dicens. Si cognouisses ⁊ tu ⁊c. Ecce nūc  
pio oculo respice christum in passione sua consti

tutum. Lege eius passionem ⁊ respice eum nō so  
lum exterius afflictum. sed interius exteriusq̄ to  
tum dolorosum: totum afflictum et amarissimis  
doloribus repletum. Et valde mirandum est. Si  
ita respicis deum ⁊ hominem afflictum ⁊ tantis  
tribulationibus circumdatus ⁊ nō moueris affe  
ctuosa compassione. De secundo autem quomo  
do tibi vtiliter passionem christi assumere debes  
ad fructum ⁊ vtilitatem: ad imitationem scilicet  
virtutum vel fugam vitiorum: debes summo co  
namine ad hoc affectū ⁊ intellectū tuū dirigere  
vt in oib⁹ gestis ⁊ b̄is ⁊ rñsionibus xp̄i q̄ in hā  
storia legis passōis dñice sentire possis quō xp̄s  
se habuit interi⁹ ⁊ exterius: quō iudc̄ pilat⁹ ⁊ he  
rodes Maria mater dñi: maria magdalena p lo  
co ⁊ tpe se habuerūt interi⁹ ⁊ exterius. Et sic in  
uenies in christo passo oim̄ virtutum copiam: et  
cōtra om̄ia vitia summa medicamina. Verbi gra  
tia cū legis. Stetit iesus corā pontio pilato pre  
sīde. Cogita pmo modus stationis quō xp̄us se  
habuit interi⁹: quia inclinato capite: oculis in ter  
rā demissis ⁊ sic de alijs moribus hūilibus. Si  
militer cogita de rñsione eius ⁊ de modo proferē  
di ⁊ b̄a q̄ humiliter: q̄ leuiter et pie protulit. Co  
gita de mō quō se habuit interi⁹ in his om̄ibus:  
⁊ inuenies eum absq̄ rancore: absq̄ inuidia: absq̄  
impat̄entia humilem ⁊ mitem corde. Sic co  
fij

gita de mō quō se habuerunt iudei exterius quia  
horribiliter et puerse magnis clamoribus et duris  
simis vocibus eū accusantes: clamātes. Re? est  
mortis. Crucifige crucifige eum. Si nō esset hic  
malefactor nō tradidissim? eū tibi et sic de singu-  
lis. Cogita de mō quō se interius habuerūt et in-  
uenies q̄ ex inuidia stridebant sup euz dentibus  
suis et mouebant contra euz ex magna inuidia et  
iracundia. Sic cogita de beatissima virgine ma-  
ria et magdalena: quō se habuerūt in motibus ex-  
teriorib? quia dolose, nō tñ inordinate et incon-  
posite marie dei genitrix, q̄ nec vnq̄ venialiter  
peccauit p aliquaz deordinationem. Cogita mo-  
dum quō se interi? habuerūt et inuenies marimū  
dolorē et summā tristitiā. Et si ista bene tractaue-  
ris inuenies in xp̄o oim virtutū summā et cōpatē-  
di materiā et debita medicamina vitioruz. Tertio  
quō ex mirra passionis dnice: possis mētē tuaz  
tanq̄ pingui deuotōe ex adipe inungere et ad ca-  
ritatē affectū tuū inflamare: d̄bes cogitare: q̄ tu  
homo es causa tanti doloris: tate amaritudinis  
Itaq; vt supra dictū est attrabe tibi hoc benefi-  
ciū quasi p te passus sit solū xp̄s. Et inde grati-  
tudo orit tibi. Nam passus est ppter tuā illumina-  
tionē: redemptionē: iustificationē: et glificationē  
Propter tuā illuminationē: vt seq̄ris exemplū  
eius: et intellectus tuus illuminaret in cognitione

veritatis. Igit omnia q̄ legis christum fecisse. at-  
trabe tibi quasi ppter te soluz facta et cogita sem-  
per quasi christus dicat tibi: hoc feci vt sequaris  
me. Propter tuā redemptionē: quia ppter pecca-  
tum originale eras ppetue dānatus. Cogita er-  
go q̄ graue est pctm̄ tuū ppter qd̄ expianduz tñ  
erigitur medicamētum: tñ precii: et inde tibi na-  
scitur timor et horroz peccādi: et sic de alijs ppter  
tuā iustificationē. Inde gratitudo oritur q̄ tan-  
tuz voluit pati vt tu dignus posses haberi iusti-  
ficatione dei. Propter tuā glorificationē et inde  
marie tibi erurget amor q̄ ille qui te non indi-  
guit nec bonoz tuoz eget ppter tuā gl̄iam tanta  
voluit sustinere. S; quia homo hunc montē mir-  
rhe. i. magnitudinē amaritudinis nō potes simul  
in corde colligere vel apprehendere. s; necesse est  
vt successiue per exercitium recolligas et cōtinue  
in corde reponas. Ideo p faciliore tuo exercitio  
passiones xp̄i sub breuibz particulis hic ex euā-  
gelio collectis, anneximus p lucro meditationē  
et ammiculo exercitiorum.

**P**assio xp̄i breuiter tacta et pticulis  
diuisa. **P**rima particula. Ca. xxiij

**S**itur celebrata illa so-

**f** lenni et regali cena. xp̄s deus et hō sur-  
rexit atq; cū discipulis cepit ad mortē

f iij

inimicis obuiam pperare. Tunc eundo dulci colloquio discipulos de sua passione instruit et pre-  
muniuit dicens quod percussio pastore dispense essent  
oues gregis petrum pre-muniuit et quod eum negaturus es-  
set pre-dixit. Hec ad israelicum sensum et deuotam medita-  
tionem trabes: ante omnia cum reuerentia et pia dulcedi-  
ne recolere personam christi deus simul et hominem et ita quod  
dicit et loquitur diligenter cum reuerentia et admirati-  
one et pietate auscultata. Deinde ad tuam utilitatem et  
morum informationem diligenter considera quod dulciter  
verba protulit: quod benigne se habuit: quod dulci collo-  
quio admonuit. Considera etiam quod fuit ab intra  
dolorosus et de morte immolente tristatus et cetera. Deinde  
de cogita tertio quod pro tua redemptione iam incipit  
ire ad mortem et pro te imolari et compungere ad deu-  
otionem et lacrimas. Et hec et his similia pertracta  
ubi cum tibi conuenit secundum tria prius dicta ne sit opor-  
tuno iterare. Deinde relictis alijs discipulis  
et assumptis duntaxat tribus principalioribus ad  
ipsum colloquendo ait. Tristis est anima mea usque ad  
mortem. Sed et illis relictis solus iuit in montem  
orare ubi post tertiam orationem tantus ei et tam im-  
mensus factus est horror et timor ut per magnitudi-  
nem horroris sanguinem sudaret in terram defluen-  
tem. quod de nullo unquam homine quantumlibet afflictio les-  
gitur. Et ecce angelus domini suum confortat. Pro-  
cedens autem promptissime licet mirabiliter penas

horreret inimicis suis obuiat et verbo unico in  
terram prosternit. A iuda patientissimus dominus oscu-  
lum suscipit. Deinde crudeliter a iudeis capitur  
vincitur et trahitur. Tunc omnes discipuli relicto  
eo fugerunt. Ipse autem ad domum Anne primo ducitur  
ubi grauius in maxilla a seruo nequam percussus. Et si  
uolueris poteris te hic diligentius exercere consi-  
derando quod sit iste qui ita opprobriose trahitur et  
ducitur et cogita ut prius quod homo benignissimus: mitis-  
simus: mansuetissimus. Sed et secundum deitatem cogi-  
ta quod sit iste ut te ei subdas pro rationis ascensum. Cre-  
de igitur et cogita ipsum veraciter esse dei filium: uerum prin-  
cipium: saluatorem omnium et omnium retributorem. Et hec sit  
pericula prima mirram dominice amaritudinis colligendi  
**¶ Particula secunda. Ca. xxxiii.**



**T**rahitur autem in do-  
mum capharnaee ubi scriba et sacerdos  
eum expectabant. Cogita quomodo christus tra-  
hebatur: quia per se et dure. Cogita quomodo  
ta auditate pharisei expectabant: quia  
inuidia pleni. Cum autem a principe adiuratus veritatem  
fuisse confessus tamquam blasphemus percussus ictibus graui-  
bus tamquam si sibi false nomen propeberet et surpassisset. facie vela-  
ta percussus: et spiritus et irridetur. et falsum testimonium contra  
eum queritur. sed ueniens non inuenitur. A petro ceteri disci-  
puli fortius negant. christi tamen respectu admonitus

amarissime deplorat peccatum. Mane autem facto tanquam  
 latro per plateam iudici adducitur ad iudicandum  
 morti. Videns autem iudas quod ad mortem periretur  
 tantum in se doluit quod tam dulcem magistrum suum tradi  
 dit ut seipsum pro amaritudine et dolore, laqueo sus  
 penderet: et retulit triginta argenteos cum quibus  
 emptus est ager iuxta prophetiam Hierem. Deinde mul  
 tis clamoribus: falsis accusationibus: concurrente  
 tota populi multitudine: est coram pilato accusatus  
 Missus et ductus per plateam ad Herodem ab eo  
 ut fatuus irridetur. Dic diligentissime considera  
 qualis est qui patitur et ei configurare ut patiar in  
 nocentissimo: mitissimo: nobilissimo: et amantissimo  
**Tercia particula. Ca. xxxv**



**V**ante autem iesu huius  
 lime coram pilato preside magnus tu  
 multus et clamor validus inualuit  
 clamantibus ipsis iudeis. Crucifi  
 ge crucifige. Nos leges habemus  
 et per legem nostram debet mori. Tunc pilatus christum  
 fecit durissime per totum corpus flagellari. et in figu  
 ra regis tanquam illicite se regem nominasset multipli  
 citer illudatur: ac clamide induitur. Caput spinis  
 coronatur. arundine grauitur oberatur. Ut rex genibus  
 fletis irrisorie adoratur. Sic homo diligen  
 ter attende modum quo christus se habuit: quomodo pila

tus sedes in throno tanquam dominus foret christi domini et su  
 der eius. Nescis inquit quod potestatem habeo dimittere  
 di te. Attende modum quomodo iudei se habuerunt: vide  
 de causam cur christus hec omnia sustinuit: nisi propter  
 te redimendum tantum. Intran et multiplicat clamores  
 iudei. Si hunc dimittis non es amicus cesaris  
**Crucifige crucifige tantum.** Tunc pilatus timore ces  
 saris victus tradidit christum crucifigendum. Eri  
 ens autem: ut crucifigatur ipse suum portat patibulum  
 Sequentibus se mulieribus ait. Nolite flere super  
 me tantum. Considera autem hic quantum et quam gloriosus  
 rex celi et terre et dominus sabaoth sit iste qui sic illudat  
 regis scemate. ut sic ad ipsum possis egredi per ad  
 mirationis aspectum. Est enim immensus potestate: spe  
 ciositate: felicitate: eternitate. Admirare igitur maie  
 statem annihilari: speciositatem decolorari: felici  
 tatem tormentari: eternitatem mori.

**Particula quarta. Ca. xxxvi**



**U**ctus in montem cal  
 uarie incipiunt se lictores dispone  
 re ad crucifigendum: eruerunt christum  
 vestibus et sic de singulis. Cogita  
 tu diligentissime modum crucifiri  
 onis: hora vi crucem primo erexerunt et christus crucem  
 deinde ascendit. Et tunc vide quomodo pendet primo bra  
 chio vno fixo et altero non: et cogita christi patientiam

et modū quo se habuit: aut certe crucē ponentes  
p̄mo affixerunt. et deinde ererūt. et tunc p̄sidera  
xp̄m iacentem sup̄ crucē manus pp̄rias extenden  
tem et q̄ ita erigit. Respice deinde christū in cru  
ce lachrimātē. Sicit in cruce. Orat p̄ crucifixorū  
bus. Blasphemāt a p̄tereuntibus a phariseis et  
latrone. Titulus verissim⁹ et indelebilis scribitur  
Jesus nazarenus rex iudeorū. Stat v̄go benedi  
cta mater gl̄iosa sub curce xp̄i doloribus plena q̄  
vtiq̄ tāto ampliorē habuit dolorē quāto feruens  
tiorē amorē. Tādē xp̄s matrē suā Johāni cōmi  
sit: fuit deinde tenebre p̄ totū mūdū. Clamans p̄  
inde hely hely: q̄nta sua foret pena et q̄ hūanitas  
a diuitate q̄damō fuit deserta designauit. Et hoc  
p̄pterea q̄ nulla fuit redūdātia viriū sup̄iorū q̄b⁹  
fruebat ad vires inferiores q̄bus patiebat. igitur  
accepto aceto cum iam nil restaret agendum vel  
implendum clamans voce magna spiritum emis  
sit innuens q̄ q̄diu voluit vires sibi retinuit et q̄  
nullus animam suam a se tolleret et nisi ipse eam  
poneret. Vñ precipue Centurio ex hac voce mo  
tus dicebat. Vere filius dei erat iste. Et hic consi  
dera quali forma christus passus est vt eum stu  
deas imitari. Passus est enī sicut verus agnus  
liberalissime respectu proximī: seuerissime respec  
tu sui: obediēissime respectu patris: prudentis  
sime respectu aduersarij. Stude igitur ad haberi

dum habitū s̄m effigiem imitatiois christi scilicet  
benignitatis: seueritatis. hūilitatis et p̄spicitatis.  
¶ Particula quinta. Ca. xxxvij.



## Ssa latronū et cura

cōfringūtur xp̄i aut os nō p̄minui  
tur vt p̄phetia integra seruetur. La  
tus eius vnus militus aperuit. vñ  
sanguis et aqua exiit. et sacramen  
ta ecclie cōsecrauit. Velut templi scinditur. Sep  
ulchra mortuorū aperiunt: vt inde in die resur  
rectiois cū xp̄o resurgerēt. Hic p̄sidera q̄nta p̄ te  
passus ē xp̄s et ex om̄ibus p̄dicti motem mirrhe  
ascēdere. i. totā passionē xp̄i et amaritudinē et acer  
bitatem reuolue. Passus est enī xp̄s iniuriā: con  
uitia: ludibria: supplicia. Sic et tu xp̄i passionem  
imitādo amplectere p̄ eo oēm passionem plenam  
iniurijs conuicijs: ludibrijs et supplicijs.

¶ Qualiter deuotus in suis ascēsiōi  
b⁹ passionē xp̄i debet dirigere: vt p̄ timorē ascēdat  
per spem proficiat: per caritatem deo inherat et



intellectus illuminetur. Ca. xxxviii

## S vero vis scire quō

passio xp̄i ḡnerat dolores et ita p̄st  
cit ī p̄ma ascēsiōe: quō timorē i cutit  
et ita iuuat ī p̄mo gradu scēde ascēsi  
ōis. si vis scire quō sp̄e eleuat et caritatē auḡs in

tellectum illustrat et affectum informat. debes diligenter in christi passione et morte inuestigare et inquirere septem veritatis illuminatōes. quarum cognitio ante christi passiones admodum erat occulta sed in passione: velū est scissum et veritas reserata: ut de his dici possit illud Apoca. Aperta sunt signacula eius septem. Si igitur vis te exercere ad timorem: si vis erigere ad spem respice primum signaculum in christi passione reseratū. Est autem signaculum hoc Deus admirabilis de quo in passione ostensus est quod ipse sit summa sapientia: qui tam prudenter diabolum decipit. non autem per infinitam potentiam suam violenter oppressit. Secundo ostensus est in passione quod ipse sit summa iusticia in quantum quesivit redemptionis precium. Tertio ostensum est quod ipse sit summa misericordia in eo quod ipse pro nobis tradidit filium suum unigenitum. Si ergo vis te exercere ad timorem: quod magis timendus quam quod deus est summa iusticia qui elegit subire mortem potius quam iusticia sua relinquere peccatum originale inultum. Si iterum in christi passione vis te exercere ad timorem: spem et caritatem diligenter lege aptum signaculum secundum quod est spiritus intelligibilis qui manifestatus est per christi passionem esse maxime benignitatis. Et hoc quantum ad angelos qui dominum suum permiserunt crucifigi. Secundo manifestatum est quod sit erime dignitatis: et hoc quantum ad homines pro quibus christus fuit crucifigendus

Tertio manifestatum est quod sit marie crudelitatis et hoc quantum ad demones qui eum crucifixerunt. Si igitur vis timorem incutere. cogita quod adversarii tui tam sunt crudeles. quod nec christo domino pepererunt sed temptaverunt et crucifigi fecerunt. Utique non peccent tibi: hic temptando. et infuturo si per crucifigendum puniendo. Si vis spem erigere: cogita quod illi spiritus angelici tamen sint benignitatis. qui libenter orationes tuas ad celum deferent. et pro te domino supplicabunt. Si vis ad amorem inflamari: cogita quod christus tamen te reputavit: tamenque amavit: ut pro te redimendo voluit crucifigi. Si incipias ascendere a concupiscentiis. et delectat te peccatis secundum legem neque lege aptum signaculum tertium quod est mundus iste sensibilis. Nam ipse in morte christi probatur esse locus tenebrarum. in quo regnat cecitas: quia lucem veram non cognovit. In quo regnat sterilitas: quia christum infructuosum reputavit. Impietas. quia innocentem christum condempnavit. Et ita homini speculatione mens tua auellitur ab amore mundi. Si vero vis plenius cor tuum forsitan infirmum oblectamentis mundi abstrahere: exerce te in passione christi. lege aptum signaculum quartum quod est infernus qui manifestatus est esse per christi mortem plenus omni egestate vilitate et paupertate. Quoniam si hec christus passus est propter peccati delectionem multo magis damnati hec patienter propter iustam operum retributio

nē. Itē si vis punctionē ex timore conficere de  
pctis tuis vt p cā a pcupiscētis libereris: lege si  
gnaculū qntū in passiōe referatū. i. reatū culpabi  
lē: qui ex hoc mirabiliter pbatur d̄ eo detestabilis  
q̄ ad sui remissionē indigeat tā magno p̄cio: tam  
grāde piaclo: tā difficili medicamēto. Itē si vis  
cor tuū ab amore mūdi aliquātuluz sepatum sur  
sum p spem erigere. lege signaculuz sextū aptū. i.  
paradisuz desiderabilē: qui ex passione aperit. et  
mōstrat̄ ē esse loc⁹ plen⁹ gr̄ie leticie et opulētie: in  
eo q̄ xp̄s p̄p̄ ei⁹ restitutionē fact⁹ est vilis: paup̄  
et miser. Itē si vis te accēdere ad cordis puritatē  
et ad exercitia v̄tutū. lege aptū signaculū septimū  
q̄ d̄ ē v̄tus laudabilis: et iuenies ī morte xp̄i q̄ sit v̄  
t⁹ p̄ciosa speciosa et fructuosa. p̄ciosa: qz xp̄s añ  
voluit pdere vitā tpalē q̄ cōtrariari. v̄tuti. specio  
sa: qz in cōtumelijs relucebat. fructuosa: qz vn⁹ p  
fectus actus v̄tutis infernum spoliavit. celum  
aperuit. perditum restauravit.

**De resurrectione dñica. Ca. xxxix**

**Tercia at die xp̄s victor**

**t** mortis resurrexit et nos resurrecturos  
monstravit. Si igit̄ christo passio fuit  
sti p̄pass⁹ nūc resurgēti cōgaude. cogi  
ta d̄note q̄liter aīa xp̄i ad infernū descēdit: qd̄ ibi  
egit et d̄ gaudio sc̄toꝝ patrū et tristitia demoioꝝ

**Cogita de timore custodiētū. cogita de custodia**  
angeloz circa sepulchrū quoz nūc refert vn⁹ so  
lus sedere: nūc stare: nūc sup lapidē: nūc in sepul  
chro: nūc duo et hi diuersimode: p qd̄ oñdit mlti  
tudo angeloz circa sepulchrū et varia visitatio  
mulierū. **Cogita quō amor et desiderū magdale**  
na et alias feminas frēq̄nter cogebat currere et se  
pulchrū dñi visitare. **Cogita de varijs xp̄i appa**  
ritionsib⁹. **Cogita de dulcib⁹ ei⁹ colloquijs cū d̄**  
scipulis. **Cogita cur xp̄s in galilea voluit appa**  
re nisi vt tu debeas d̄ vitijs trāsmigrare. **Un̄ pas**  
scha dicit̄ trāst̄. **Sz et in galilea. i. trāsmigratio**  
ne et mutatōe corpm n̄oꝝ. i. in regno celoz xp̄m  
videbim⁹ post gnalem resurrectionē.

**De gliosa ascensione xp̄i. Ca. xl.**



**Est quadraginta di**  
es resurrectōis ascēdens xp̄s in al  
tū captivā durit captiuitatem san  
ctoꝝ patrū. **Meditare de glorioza**  
p̄cessiōe ascēdētū cū xp̄o. **Nā sc̄ti**  
seq̄bant̄ angeli venientes obuiabāt. et tūc inter se  
q̄stiones illas formabāt. de q̄bus **Esaias. Quis**  
iste qui ascē. et c. **Cogita de tristitia ap̄loꝝ et gau**  
dio. **Cogita de angelis redeuntibus et ap̄los cō**  
solantibus. **Disce et tu ascendere ad xp̄m sed per**  
ascensiones p̄us dictas vt relinquant̄ hic vitium



quia nullum vitium ascendit cum saluatore vt dicit Augustinus.

**D**e missione spūscti. Ca. xli




**E**inde de celo domi-

nus in linguis igneis misit spiritū sanctū. Et de quō deinceps fuerunt apli cōfortati et in caritate fundati Meditare cur spūsctus in igne: cur in linguis: et cur in vtrisque siml

et cur in alijs creaturis apparuit: et stude pprietas talium rerum in te habere. Cogita affectus et dona sancti spiritus et multa similia circa spiritus sancti missionem.

**Q**ue perfecte in hac vita nullum de pmissis tribus gradibus possimus assumere. Ca. xlii



**I**stis tribus gradibus

ad puritatem cordis et caritatem ascendimus. In primo siquidem deum querimus: sed non inuenimus per feruidam videlicet caritatem. In secundo

circumeuntes plateas celestis hierusalem et in tabernaculo eius offerentes hostiam vociferationis magni desiderii: inueniunt nos vigiles qui custodiunt ciuitatem: sancti angeli. sed quos per spem et desiderium contēplamur. Sed nec est ibi quiescere

dum sed adhuc ascendendum. Paululum inquit cum pransissem eos. i. ad tertium gradum ascendissem inueni que diligita mea. Itaque in primo mundi concupiscentia deseritur. In secundo mens superius subleuatur. In tertio quiescit in deo quiescit. Nec tamen putes quod aliquem istorum graduum usque ad summum vel perfectum in hac vita possumus ascendere. Nec enim in hac vita possumus omnes concupiscentias expurgare: cum neque ipse Paulus proficere inuenit id est perfectionem que est in non concupiscere secundum Augustinum. Sed nec quod diu viuimus possumus omnes affectiones sursum leuare: quin aliquid remaneat in terra. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam: et deprimunt terrena inhabitatio sensum in terra cogitantem. Sed multominus possumus tam puri et idonei fieri ut possumus iugiter deo adherere. Quoniam quod diu sumus in corpore peregrinamur a domino. Sed isti sunt gradus et perfectus quibus nostra fragilitas ascensionem debet disponere. et successiue quantum poterit proficere ascendendo.

**D**e tribus quibus sustentatur et promouetur spiritalis ascensio. scilicet lectione: meditatione et oratione. Ca. xliii




**V**erum quia non est humana

fragilitatis cordis semper insistere ascensionibus et spiritalibus affectionibus et exercitijs: et difficile est

ascendēti nunq̄ descendere nisi habeat in quo fa-  
tigatus requiescat: nisi cibum secum habeat quo  
sustentetur in via. Ideo sicut superius designatis  
tribus descensibus triplicē posuimus discussio-  
nem pro ipsorū descensuū pleniori habenda noti-  
cia. Ita tam erecta scala ascensionū tria assigne-  
mus sustentamenta in quibus requiescere valeas  
fatigatus quibus possis te reficere deficientē in  
via. Sunt aut̄ tria ista. Lectio: meditatio: oratio.  
His tribus innititur et perficitur omne spūale exerci-  
tium. Hec sunt quodamō cibus in via. Quā sicut deus  
dedit corpori panem vinū etc. ad sustentationē suā  
ita p̄missa tria contulit deus aīe in hac pegrinati-  
one p̄ sua refectionē: ut dicit Aug⁹. Lectio autem  
magis pertinet ad primū ascensionis gradū qui in  
timore perficitur. Nam lectio s̄m Hugo ad incipi-  
entes pertinet qui utiq; in p̄mo gradu a timore cō-  
cipiunt et p̄turiunt sp̄m salutis. Meditatio magis  
spectat ad s̄m gradus. i. perficiētes qui iam lectio-  
nibus instructi sciūt secus in corde suo deambu-  
lare. Oratio vero quāuis ad om̄s spectet ascensus  
precipue tamen et proprie ipsi cōgruit qui in ter-  
tio ascensionis gradu incipiūt deo adherere. Est  
enī oratio hominis deo adhaerentis affectio et fa-  
miliaris quedam et pia allocutio. Sed videamus  
quomodo ista tria nos in ascensionibus premis-  
sis promouent et adiuuant et sustentant. si debite

dirigantur et discrete assumantur.

**Qualiter sacra lectio adiuuat et su-  
stentat ascendentes: et qualiter sit ad p̄fectum sp̄i-  
ritalem ordinanda et dirigenda.** Ca. xliij



**L**icitur timore percus-  
sus et cōpunctōe de p̄ssus: affectu  
quoq; et desiderio ascendendi infla-  
matus lectionem tibi arripe ad tu-  
um p̄fectus ita videlicet. ut te semp̄  
ad ascendendum admoneat: ad p̄ficiendū hortet  
ut quicquid legis ad ascensum puritatis et caritatis  
tibi p̄ficiat vel vias ascensus p̄ sctā opera  
et exercitia ostēdendo: vel affectū tuū ad ascendē-  
dum inflammando: timores incutiendo vel p̄ spem  
subleuando. Itaq; ut quidā ait Christiano p̄ho  
lectio admonitio debet ēe et nō occupatio. Hoc aut̄  
facile fiet si s̄m doctrinā Augusti. in iij. cū volue-  
ris legere sit timor dñi. si videlicet timor intenti-  
onē et affectū tuū regulet. ut nō nisi p̄fectus q̄ras  
spūalē ad cordis puritatē. et sicut ille sanct⁹. An-  
tonius de quo refert. Gregor in. iij. dialogo. nō  
queras scientiam verborum: sed sletum compun-  
ctiōis inquiras: quaten⁹ p̄ hoc exercitata mēs tua  
inardescat. et ima deserēs ad celestia bona tendat  
Sane ut tibi lectio pro sp̄rituali ascensu sit fru-  
ctuosa mltā sunt tibi attēdenda: videlicet quid le-

gis: quā legis: quō legis: et ad quid legis. Quid legis. Nō em̄ leges oīa quāuis sūt vtilia quia nō eā p̄ficiunt ascendenti. Vñ illarū scripturarū lectionibus magis debes incūbere quā tuū affectū magis inflāmant ad spūales p̄fectus et ascensum quā que in rebus difficilibus et curiosis illumināt intellectum et acūt curiositatem: sicut sunt materie disputabiles. Lectio etiā difficilū scripturarū non reficit animū teneriores. s; nōnunquā frangit eius intentionē. Illos autē libros precipue debes legere qui vel instrūit te de moribus: de extirpatione et natura vitiorū. de exercitijs virtutū et spūali profectu: vel illos qui in te augent deuotionē et inflāmant affectus ad xp̄m et ad cęlestia. Et si interdū alios legeris quāuis ex causa statim debes redire ad materias deuotiōis. Quale em̄ habes cōtinuum studiū in scripturis talē tibi formas affectus talia sentis: et talia sepe meditaris. Secūdo debes attendere quā legis. Lectio em̄ vt sit fructuosa non debet cē ex abrupto et casu fortuito. s; tpe ad hoc p̄firo. Homo p̄cipue debet diligēter animū ex sacra lectione reficere vt habeat vt in suis exercitijs cū melius nō occurrit: memoria occupet. Itaq; lectio nō nos retineat in se occupatos: s; vlius dirigat ad deuotas meditationes et spūales orationes. et ille sua dulcedine et affectiōe dirigāt vlius in opus et seruet delectabiliter opantes

Tertio debes attendere: quō legis. Sūt em̄ qui libroz ex toto añ p̄currūt anteq̄ incipiant. alij nec vnū foliū student in p̄ncipio statim: deinde aliud folium in medio vel in fine et sic casualiter p̄currunt. Fastidiētis autē stomachi: vt quidā ait. ē mēta degustare quā vbi varia sunt et diuersa inquinant nō alūt. Tu vō integrū librū tibi elige qui p̄posito cōueniat: mores informet: deuotiones augeat. quē timore dñi (vt dictū est) p̄cedete a p̄ncipio vsq; ad finē cōgrua deuotiōe et debita reuerentia debes studere. Quarto debes aduertere ad quid vel p̄pter quid legis. Et certe p̄ncipalis intentio tua. sicut in om̄ibus exercitijs debet esse puritas cordis nō vanitas: non tm̄ vt scias: s; multo minus vt sciaris: s; vt tibi p̄ficias et alijs p̄ tuo modulo. Debes igit̄ vt immediatius lectionē ad puritatē referas semp̄ aliquid de lectione extrahere quod tuo p̄posito cōueniat quōd memoriā occupet. quōd te ad p̄ficiendū admoneat. vt sis animal mūdum quōd cōsueuit ruminare. S; ad alios fructus potes in lectione querere: vt scz nūc legēdo nūc orādo: nūc opando exercitia varies: et tediū mentis deuites. et ita te teneas stabiles. Stude ergo in om̄ibus que cōsueueris exercere delectationem aliquā inuenire. Delectatio em̄ seruat opantem in ope. Time in om̄ibus tediū mētis. Et hīc debet tibi esse vn̄ in om̄ibus finis. vt te serues p̄

seuerantē delectabiliter in tuis opationibus et exercitijs. Item ut lectiones immediate dirigas ad puritatē sepius lectionē oratio interrūpat: ut de lectione formes affectum et de affectu surgas ad orationem. Hec de lectione.

### ¶ De modo meditando. Ca. xlv



### Meditatio vobis dicitur cum

ea que legisti vel audisti studiosa ruminatiōe in corde tuo diligenter pertractas et per ea affectum tuum circa aliquod certum inflamas vel illuminas intellectum. Itaque ascendens: et tam in spe perficiens frequenter in corde ruminatiōe precipue que te ad perfectū iuuat puritatis que timorē incutiūt vel augeant amorē. Et autem meditationes tue tibi sint fructuose: et ut faciliter assuescas bonis meditationibus: duo debes diligenter considerare. Primum est ut animo tuo de quibusdam utilibus materijs pudeas quibus interius perficiat et fructuose occupet. Siquidem ut aiunt sancti anima tua est sicut mola quicquid ei imponitur molit si nihil imponit se consumit et vanis et ociosis implicat. Si autem nihil certi vel determinati: ad quod utilioribus non occurrentibus recurras: tibi prefigas: necesse est te quibuslibet rebus occurrentibus aditum in te prebere. Facile enim cor tuum quibuslibet occurrentibus adhe-

ret si non intense alicui sit affirium. Sed et si non habeas aliquid ad quod recurras sepe proponis deuote meditare: et antequam occurrat vñ mediteris perit propositus: voluntas negligitur. et rursus incidis ociosa. Que autem materie tibi sint utiliores ad meditandum et perficiunt tibi ad ascensum: superius audiisti. Sunt enim memoria peccatorum tuorum memoria mortis: extremi iudicii penarum infernalium: memoria celestis glorie beneficiorum dei et passionis dulcis. et si qua homini. Has etiam meditationes secundum tempora poteris variare: illas assumendo que tempore congruunt et per tempore deuotioni magis deseruiunt ut tempore quo peragitur vel recollitur in ecclesia memoria dulcissime passionis tu te ecclesie conforma meditationes tibi formas amaritudinum et passionum christi. Sic facito et in alijs festiuitatibus precipuis ecclesie ut circa materiam festi versetur tuum exercitium iuxta consilium beati Hieronimi. Secundum est quod licet homo omni tempore omni hora per sua fragilitate nati debet ut animam suam repleat sanctis meditationibus et spiritualibus ac deuotis affectibus. Consilio tamen beati Hieronimi. debet sibi ipsi homo aliquas horas deputare quibus singulariter animam exerceat scopendo quodammodo spiritum et incalefaciendo ad spirituale desiderium. Ad hoc autem secundum Hieronimum. marie conueniens est hora matutina. Hac enim hora homo magis est sobrius et ad spirituale exercitium melius dispositus et necdum inuolutus mundanis tumultibus.

Hac igitur hora homo debet precipue nititur: ut se exercitet in aliquam deuotionem quam frequenter homo per totam diem in tali desiderio remanet ad qualem se demane exercitauit. Tunc igitur homo summo conamine studeat aliquam deuotionem a domino petere vel per deuotum exercitium ipse studeat in corde producere deuotis meditationibus se exercendo et se preparando ad matutinas suas legendas vel cantandas. Similiter faciat de uespere antequam vadat dormire. Tunc enim in horrore uisionis nocturne: quam solet sapores ceteros homines occupare: ipse diligenter studeat uenas diuini susurreij percipere orationes dominum post quotidianam examinationem quam tunc facturus est: ut indulgeat quod male egit: et gratias agat de his quae laudabiliter adimpleuit. Sed et contra timorem nocturnum: tunc acrius per affectus puros: per orationes deuotas se armabit. Et si sacram scripturas tunc legeris sit lectio tua precipue de materia aliqua deuota: et non de veteris testamenti historia: sicut consueuit. **Benedictus.** Quod autem dictum est de meditationibus: ut certis temporibus singulariter exerceantur: idem multum expedit in omnibus exercitiis: ut scias quam unumquodque sis arrepturus: et quam ad aliud te uersurus: ut habeas tempora orandi: tempora legendi ut omnia fiant ordinate. **Ubi Augustinus.** Optima est gubernatio ut omnia suis temporibus distributa gerantur ex ordine: ne animi humani turbulentis implicationibus

hinc inuoluta perturbentur.

**De oratione et modo orandi. Ca. xlvj**



**Rationem uero quocumque**

pergis: ubicumque fueris: in domo in agro ipsam tecum sume: ad ipsam semper habe refugium et recursum. Debes autem circa orationem quattuor attendere. Primo de affectu orationis: quale uidelicet orandi debes affectum induere et quale modum orandi assumere. Secundo quales orationes breues amplias debes legere. Tertio per quibus debes orare. Quarto quomodo te habebis in oratione et de attentione mentis in oratione. De primo igitur scias quod vigor orationis et uirtus surgit ex affectu orationis. Magis enim audit deus desiderium cordis quam clamorem oris. Ideo semper affectum aliquem et desiderium tibi assumes et indues secundum modum exercitij uel meditationum quibus per tempore occuparis ut semper oratio tua procedat de radice cordis non tantum ex labijs oris procedat semper uel ex affectu timoris: meroris: dilectionis: admirationis: congratulationis etc. Unde breuiter ut modum habeas secundum predicta. Site in prima examinatione discussis et inueneris petam tuam multiplicata super numerum arene maris: forma in te affectum humilitatis uel meroris: et assume personam serui qui dominum suum offendit: et ex tali affectu

forma orationē dicens. Scdm multitudinē miserationē tuaz dle iniquitatē meā. Si in scda ⁊ tercia examiatōe te discutiens inueneris cor tuū repletū malis cōcupiscentiis ⁊ vitiosis desiderijs forma iteruz affectū hūilitatis ⁊ assume psonam infirmi aduocantis medicū ⁊ dic. Sana dñe animā meā quia peccauit tibi. Ite nō est sanitas in carne mea: a facie ire tue. non est pax ossib⁹ meis. Qm̄ iniquitates mee supgresse sunt caput meū ⁊c. Si te in scdo ascensu in timore p meditationes mortis: vel iudicij vel inferni exercueris assume affectū timoris ⁊ assume psonā rei astantes corā iudice cum timore ⁊ tremore quasi iam cōuictus ꝑtra quē de iure pferenda est sentētia ⁊ dic. Noli me cōdemnare. Nō intres in iudiciū cū seruo tuo ⁊c. Vel dñe ne in furore ⁊c. Si aut in spe te exerces ꝑ memoriā regni celoz. assume affectus amoris ⁊ ora ex seruoze cordis dicens. Unaz petij a dño hāc reqrā vt in habitē in domo dñi. Itē quē admodū dñs dēderat ceru⁹ ad fōtes aq̄: ita dñs dēderat aia mea ad te de⁹ ⁊ sic d alijs affectōib⁹ quos ex istis formare poteris ⁊ assumere debes sicut ex exercitiū tuū erigit ⁊ meditatio tua requirit. De scdo debes scire q̄ alijs formare debes oratōes plixiores: alijs breues. Prolixiores dicim⁹ horas canonicas vl̄ alia silia scz ad q̄ altū de obligaris vl̄ volūtarie assumis. ⁊ añ has oratōes semp

debes facere quod admonet ppheta dicēs. Sed pebam spm̄ me. ⁊c. donec incalescat spūs tuus ex deuota meditatioe ⁊ affectu ⁊ desiderio vel ex timore: merore vl̄ amore ⁊c. Et hoc p̄sertim añ matutinas ⁊ vesp̄as: assumendo meditationes: de extremo iudicio d peccatis tuis: de hora mortis de penis inferni: de beneficijs dei: de passiōe xp̄i fm̄ q̄ tunc ibi cōuenit. Alie aut sunt oratōes breues quas beat⁹ Ang⁹. iaculatorias vocat in ep̄stola ad Probā. Et has sicut sancti patres cōsueuerūt debemus cōtinue in ꝑmptu habere. semper ignitis desiderijs emittere formādo de lectione affectum ⁊ dicamus. Declaratio ꝑmonū tuoz det intellectum ⁊c. Similiter oratio interrūpat meditationē: interrūpat orationē. Sed hic nō oportet tantā fieri mētis ꝑparatiōe: sufficit em̄ ex meditatione deuota iam ꝑnti: mentes aliquialiter ad dñm eleuare. Pro tertio vero scias q̄ q̄uis cozporis necessaria etiā sint a deo petenda mltō amplius ⁊ sepius debemus orare pro diuina gratia pro remissione peccatorum pro adeptione regni celoz: ꝑ expurgatione vitioz ⁊ acquisitione virtutuz. Marie aut ⁊ q̄i semp añ oculos versetur id vitū ꝑtra qd̄ ꝑncipali⁹ pugnam⁹ sic infra dicit. ꝑ cui⁹ extinctōe ignitis debem⁹ orare desiderijs. Sed ⁊ debes orare non solū ꝑ teip̄o sed exemplo vniuersalis eccl̄ie debes interdū orare ꝑ defun⁹

etis in purgatorio per amicos tuos si temptati: si tribulati: si infirmi: si peregrinantes. De quarto scias quod in brevioribus orationibus quas utique habebis creberrimas magis expedit ut ex affectu concepto vel meditatione formata: ita te habeas in oratione quam deo presente colloqueris petens ab illo gratiam aliquam vel temptationum liberationem formans te ex te verba secundum tuum affectum vel assumens verba ad illum affectum deseruientia iam composita et formata. Sed hunc modum in plurimioribus orationibus difficilius et graue maxime capiti est continuare. et ergo oportet ut devote attendas quod legas et inde moderate formes affectum et deuotionem ex sensu in oratione: custodiens cor tuum ab euagatione. Interdum cum te in oratione conscia uiget: et spiritum fiducialiter timore percussus adorare formidas: secundum consilium beati Job. conuertere ad aliquem sanctorum et deprecare eum ut oret pro te quod genus orandi dicitur postulatio. Clama: Sancta maria ora pro me etc. Sed et pro breuibus et magnis orationibus habeat tempora constituta. Breues autem orationes maxime debes arripere. quoniam te temptatio comprehendit ne te derelinquat. Quoniam eris domum ut dominus custodiat introitum tuum etc. sic sancti patres consueuerunt secundum Hieronymum. Item quotiens tibi peccatum innotescit siue per admonitionem alterius vel tui examinationem. et sic de alijs.

**I**ncipit ascensio tertia qua debet

lando vitia ascendimus de virtute in virtutem et vires anime destitutas rursus reformamus precipue de duobus que impediunt ascendentes alenlu spirituali.

Ca. xlvij



## Ene cor hoīs altum

ppheta describit ad cuius summitatem vel summum apicem non nisi tot ascensionibus periturus. Nec mirum tamen si altus dicitur ipse cum superior eius portio si bene esset ordinata immediate deum attingeret et ei soli subesset: ita ut si in superiori parte mentis tue stares ad oculos alte respiceres ut ipsum deum cernere posses. quod non potest per essentiam propter tuam inidoneitatem vel oculorum adhuc impuritatem et infirmitatem. Igitur altus motus est humana mens ad quem ascensiones in corde disponimus. Sed utinam labor esset solus motus ex altitudine ascensus et multitudinis graduum ascensionum essetque alias via tua ab hostibus essetque plana et directa ad ambulandum in ea. Sed nunc hec duo plurimum impediunt et retrahunt ab ascensu videlicet multitudo hostium ascensum ipsum obsidentium. et ignorantia viarum. Si quidem ipsa via que ducit ad vitam ardua est a dextris et a sinistris ab inimicis circumclusa: qui ascendentes per eam mittentes sagittas ignitas grauius vulnerant. Ipsi enim hostes viam obsidentes: intendunt

arcum vt sagittent tendentem ad cor immaculatū  
et cordis puritatem. Vincula etiā. i. rerū inferiorū  
affectiones ad pedes p̄iciūt vt ita laqueis suis  
vel infra trabāt: seu a dextris vel sinistris a via re  
gia precipitent: ita vt videas mille cadētes a sini  
stris vie huius: decem vero milia a dextris eius. Vñ  
et ipsi inimici simul narrauerūt vt abscederent la  
quos atq; adeo occultauerūt vt dicerēt quis vt  
debet eos: Sed et via ipsa infra habet diuerticula  
Sunt em̄ circūquaq; a dextris et a sinistris iuxta  
viam multae semite que videntur bone. sed nouissima  
earum ducunt ad inferos. Sed et inimici magis  
nituntur sepe decipere viarum seductione q̄ oppri  
mere violenta temptatione. Induūt em̄ ipsa vitia  
frequēter splendore et decore virtutum et iungunt  
se ascendentibus quasi aliunde et non de parte ad  
uersariorū venientes. quemadmodum gabaonite  
populum dei deceperunt.

**Qualiter vitia vires anime occupant et  
impediunt spiritualiter ascendentem.** Ca: xlviij



**Sicut autem superius**  
diximus vires et potentie anime concupi  
scibilis irascibilis. et anime affectōes q̄  
a deo homini fuerūt date: vt quoties  
ipse homo supra velle ascendere vel infra  
descendere potest em̄ vires vt supra ascendentem et

infra descendentem sine labore et sine timore inimico  
rū deberet deducere cum quiete. In casu autem primi hominis  
ipse vires constitute facte sunt contrarie et castrametati  
sunt ibi inimici nostri. Supbia etenim vitiorum regina  
et sane primo genita ipsa nunc in hanc viriū arce habitat  
et loco superiori: et in reliquis affectōibus et po  
tentibus et appetitibus iuxta viam que te oportet ascende  
re constituitur. septem duces. i. septem vitia capitalia dis  
posuit ad viam custodiendam qui calcaneum obser  
uant ascendentis. Itaque sicut ex superius dictis ap  
paruit quoniam via graduum directa est per castra concupi  
scibilis et irascibilis etc. que sunt ab inimicis pro  
pter lapsum primi hominis quodammodo possessa. vide  
licet gula luxuria etc. Ideo oportet te successive  
contra vitia ista que in premissis viribus commo  
rantur prelium arripere. atq; contra concupiscentias  
as ex primo descensu in nobis surgentes continue  
preliari. Et ita tertia ascensio cuius gradus nunc  
disponimus quodammodo ordinatur contra hominem de  
scensum in Adam. Non est autem ista ascensio su  
pra premissas ascensiones altior. sed collateralis  
vel certe vna et eadem est ascensio cum premissis  
diuersis respectibus et modis variis exercitandi  
Ipsa est autem prior ascensio promouens  
et adiuuans rectificans et preparans. sine qua  
nullus potest in premissis ascensionibus am  
bulare.



**D**e quibusdam vitia deserentibus  
et se ad alia spiritualia conferentibus et de origi-  
ne affectionis. Ca. xlii



**N**rauerunt igitur nonnul-


li et directam viam civitatis habitaculi non inuenerunt, qui dimissis in se vitijs regnantibus ceperunt per magnas deuotiones et alta et ardua exercitia spiritualia ascendere. Nam qua hora non putabant hostium insidijs et venatorum laqueis supplantati sunt seroque sunt experti quod non est tutum cohabitare serpentibus concupiscentiarum et motibus habituatibus vitiorum. Siquidem ut ait Gregorius. Non nulli ordinem certaminis ignorantes edomare gulam negligunt et iam ad spiritualia consurgunt et multa sepe quam magne sunt fortitudinis faciunt. et tamen postmodum per carnis illecebram omnem quod fortiter egerunt perdunt. et dum venter non restringitur per carnis concupiscentiam simul cuncte virtutes obruntur. Et eodem modo dicendum de alijs vitijs. Nec est autem tutissima via: in bono securissima deuotio: dulcissima et pura effectio: cuius videlicet in ordinatis affectionibus ab anima repulsis delectamur actibus virtutum interius. hoc enim est vere in domino delectari in caritate. scilicet castitate et humilitate. Alie vero interdum deuotiones possunt esse deceptorie. Sane ut

sup hoc quantum ad primum sufficit habeat aliqua discretio. Sciendum quod deuotio in proposito dicitur dulcis quedam affectio vel inclinatio affectuosa ad bonum: vel incitatio quodam dulciter trabens affectus. Talis autem delectatio: vel affectio potest esse duplex vel dupliciter oriri sicut ad propositum sufficit. Nam est interdum talis affectio subito veniens et cito transiens quamuis nonnunquam vehementer percipiens. Et ista videtur oriri ex desiderio alicuius appetibilis vel amabilis sibi gratia. Cum hoc aliquid delectabile proponitur siue ab extra per auditum siue ab intra per suggestum statim affectio amoris ad hoc hortatur quem deinde sequitur motus ad persequendum et dicitur desiderium. vel fuga ad repellendum. et dicitur odium. Et isto modo sepe incipientes habent deuotionem ad bonum. vel odium de malo et dulces inclinationem saluo dono dei. quod de super frequenter infunditur: imo hoc modo sepe homines sceleratissimi et in peccatis mortalibus existentes habent tales affectiones: maxime autem mulieres et homines molles. leuiter secundum appetitum mobiles et secundum desiderium agitabiles. frequenter enim tales cum audiunt de regno celorum commouentur desiderio cupientes dissolui et esse cum christo. Sed et vana gloria sepe vehemens desiderium ingerit dulce et quasi melle intorricato linitum. Hoc modo afficiuntur homines vani audientes legi de aliquo forti preliatorum ad quem propter fortitudinem auditas

amor eorum fuit inclinatus. Et cum talis postea audiunt victum vel occisum misericordia commouetur. et nonnumquam vanissime lacrimatur. Et multi sic de facili concipiunt interdum momentaneum et subitaneum ad aliquid bonum affectum ita de facili ad mundum vel ad carnem gulam vel luxuriam redeunt. Et multi homines discipiunt quorundam tales affectiones quae magnas deuotiones multitudine extollentes. Verum est et si homini affectus fuerit circa gloriosam carnem christi nequaquam in eo meritum caritatis vel de deuotionis consistere arbitrandum est. sed in tantum esse utile et arripiendum quantum inordinatas affectiones et passiones vitiosas per ipsum extirpamus vel extinguimus ut supra etiam fuit tactum. Nec tamen talis affectus respiciendus est: sed tenendus et in amminiculum caritatis et contra vitiosas affectiones in adiutorium est assumendus: sed meritum caritatis et de deuotionis in eo non est collocandum vel ponendus. Et Hugo in libro de amore. Nec putes quod secundum momentaneos affectus dei estimandus sit amor sed potius secundum continuam humane voluntatis qualitates. Multi autem hic decipiuntur meritum et perfectionem in hac dilectione vel inclinatione affectuosa requirentes. Sed ut ex dicta origine et causa considerare poteris affectuosa dilectio vel talis dulcis inclinatio etiam circa carnem christi vel quemcumque huiusmodi interdum plus afficit. minus diligentem et minus perfectiorem. Non enim tantum diligit quisque quantum hanc

dilectionem sentit. et quantum sibi in illo statu diligere videtur. sed quantum in virtutibus in humilitate videlicet et patientia aliisque virtutibus et caritate fuerit fundatus. et in seruandis mandatis fidelis habetur. Talis autem dulcis affectus in deo etiam interdum carnalis est. et fallax et humanitatis potius quam gratie: cordis quam spiritus: sensualitatis quam rationis: ita ut magis ascendat ad minus bonum: et minus ad malum: et ad id quod sapit amplius. quam ad id quod expedit. Est autem alia deuotio cum iam verbi gratia. post longa certamina post multa exercitia diuina cooperante gratia: iam ipsa vitia imperio rationis subegit: indutus quodammodo naturali affectu boni et dulciter in eis delectans et requiescens. Nec non est transitoria: sed quodammodo medullata anime infusa. et per habitus virtutum in anima radicata: semper prompta ad dei beneplacita ad implenda siue ad quilibet agenda siue sufferenda si hoc fit cum dulci affectu et delectatione. Ipsa est vera deuotio et voluntas continua et permanens qualitas: penes quam amor debet estimari. Quantum vitia extinguis quantum in virtutibus proficis: tamen in hac deuotione crescis nisi a deo tibi dispensatorie subtrahatur.

**De tribus necessariis his qui volunt legitime contra vitia preliari: videlicet strenuitate: seueritate: et benignitate.**



**N**on noli teipm de-

cipere: noli putare q̄ poteris ascen-  
dere nisi vitia studueris extirpare.  
Q̄ aut̄ nō inuenies in te bonū. i. in  
carne tua: sed ip̄a vitia in te castra

metata sunt contra te incōcupiscibili & irascibili  
& sola volūtas tua tecū est. Nā velle adiacet tibi  
ideo ipsam voluntatē necesse est armari p̄tra oīa  
h̄m̄i genera vitioꝝ. Oportet aut̄ q̄ sit armata a  
dextris & a sinistris. Sint igit̄ hec eius arma stre-  
nuitas: seueritas benignitas. Diffinitur aut̄ stre-  
nuitas s̄m̄ Bonauēturā q̄daz vigor animi ex-  
cūctens omnē negligentiā. & disponēs aiām ad fa-  
ciendā opa bona: vigilanter cōfidenter & elegant̄  
Seueritas est q̄dam vigor animi restringēs oēm  
cōcupiscentiā & habilitās aiām ac seruētē red-  
dens eaz ad amorē asperitat̄: paupertatis & vilita-  
tis. Benignitas aut̄ est q̄daz dulcor animi exclu-  
dens oēm neq̄tiam. & habilitās aiām ad beniuo-  
lentiā: tollerātiā & internā leticiā. Dec tria sint  
tibi arma: vt sc̄z sis strenu⁹ abijciēdo negligētiā  
& ad opus etiā durum & arduū strenu⁹ ad incipi-  
endū. Deinde seuerus: vt cum iam pugnā p̄tra  
vitiā arripueris & eoz fortitudinē in te p̄ experiē-  
tiam sentis: quā aliter vir sentire potes. noli cede-  
re: noli fugam arripere: sed inceptū viriliter p̄seq̄

re: seuerissime cōcupiscentias insequere: vsq̄ ad  
internitionē. vsq̄ dū deficiāt. Sis tertio benign⁹  
vt cū frequēter vulnera suscipis & sepe deiceris  
noli cadere in om̄i animi p̄turbationē. in malā tri-  
sticiā: in deiectionē: in desperationē. Dec tria ar-  
ma si habueris nō sit tibi cura q̄ pius sit nume-  
rus tuoꝝ cōtra tot cateruas vitioꝝ. Ecce em̄ est  
victoria: & eque difficile est dño vincere in mltis  
& in paucis. Attēde Jonatan filium Saulis cū  
suo armigero dūtarat plurimos occidētem. Ju-  
dam machabeum. Jonathan & Symonē fratres  
Bedeonē aliosq̄ p̄les milites strenuos non in se  
sed in dño sperātes cū pauc̄ mltos occidentes.  
**¶** Q̄ in spiritualibus exercitijs pro-  
ficiēti sit expediens: vel necessarium habere du-  
ctorem virum spiritualem. Ca. li



**S**ed q̄ vt audisti cir-

ca p̄missas ascēsiōes sunt viēte:  
& inter ip̄as ea q̄ ducit ad vitā diffi-  
culter agnoscitur. noli sine ductore  
ascendere: noli sine ductore incede-  
re qui & vitā nouerit & astutias hostium nō igno-  
ret. Solet deus hominē p̄ hoīes frequēter instru-  
ere: & ad rectas ascensionē & veras vias admo-  
nere. Ne illi qui sibi cōfidit & solus sine ductore  
incedit. Nam leuiter incidit in venatoꝝ laqueos

Et cum inciderit non habet subleuantem. Igitur ad nostrā hūiliationē vult vt ductores sequamur. Sic em̄ totū pplm̄ israeliticū p̄ Moysē ductorem: Indurit ad terrā p̄missionis: cui⁹ consilio populus oīa facebat: cui⁹ monitioni acquiescebat. Sic loth de sodomis nō per seipm̄. s; p̄ ductorē sc; angelicū cogitur exire. ⁊ ascensum motis ascēdere. Sic r̄ps Cornelii p̄ se nō instruit: s; ad petrum instruendum destinavit. Sic Paulū direxit ad Ananiā. Et hoc est quod ait ille deuot⁹ eunuchus legens in curru Esaias. Quō ait possus intelligere: nisi aliq; me docuerit: ⁊ in nūmera talia: repis in scripturis. Igit̄ cū ascēiones in cordis disponis celū ascēsurus: ductorē tibi elige hominē spūalem: cui⁹ eruditōe cui⁹ monitiōe ⁊ eraminatiōe om̄ia tua exercitia p̄ficere studeas ⁊ adimplere. Nec est doctrina tutissima ⁊ sanctorum patrum sententia an. quitus approbata.

**Q**uod pugnās p̄tra octo vitia capitalia q̄damō pugnat p̄ oēs inordinatas affectōs. c. liij



**N**isi si arma arripui

si. si ductorē qui te p̄cedat cōsulendo ⁊ dirigendo inuenisti. t̄ps est vt preliuz aggrediaris. Itaq; pugnādum tibi est p̄tra oēs inordinatas affectiones que maxime surgunt ex viriuz anīme

destitutione per primū tuuz descensum a iusticia originali. Quāuis autē vitiose affectiones anime sunt plurime ab ascensu te retrahentes. verū vna est regina ⁊ septē duces: vnde om̄es alie vitiose passionēs oriūtur quibus deuictis ⁊ in locis earum. cōtrarijs virtutibus introductis: om̄ia inordinata desideria conquiescunt. ⁊ p̄ certamen contra illa octo quodāmō vires restituūtur: dū earū noxle motōes freno rōnis moderātur. Sunt autē hec octo vitia que interdū dicuntur principalia quasi p̄ncipes alioꝝ vitioꝝ: interdū capitalia eo q̄ de ratione eoz sit vt alia vitia ex ip̄is oriātur. Illa vero vitia de quozū ratiōe est vt ex ip̄is procedant: filie eozum dicūtur. Interdum vero dicūtur mortalia in quāium morte culpe occidūt ⁊ a vita gratie separāt ⁊ a deo qui est vera vita. Nō tū hec octo semp sunt mortalia: nec etiā ex genere suo. Sūt autē hec octa supbia: vana gl̄ia: accidia: inuidia: ira: phylargyria: luxuria: gula.

**De modo pugnandi contra vitia ⁊ q̄ homo non debet contra om̄ia simul. sed contra vnū p̄ncipale decertare. Ca. liij**



**Non autē debes cōtra**

oīa ista simul pugnare sicut nec potes p̄missas ascēōes siml̄ ascēdere nō in vno āno ait dñs. eiiciā eos a  
h. liij

facie tua. sed paulatim ne terra redigat in solitu-  
dinem. Igitur iuxta traditōes scōꝝ patrū hunc  
ordinem seruabis certamen ꝓtra hec vitia ingres-  
surus. Primo vt añ oia teipm diligenter discuti-  
ens fm formā examinandī prius traditā Inqras  
qualia vitia in te lateāt vl pateāt. deinde que sint  
in te vitia magis fortia. ⁊ magis te infestantia.  
Deinde que remedia sint contra singula vitia effi-  
cacioꝝ. Quo facto ꝓtra vnū vitium plūm arri-  
ptes qđ est tibi ꝓceteris magis infestum. Igitur  
cōtra illud vnū principale certamē arripe. expur-  
gatōi illius totis viribus insiste: oēs laborē ⁊ sol-  
licitudinem ꝓncipaliter retorque ad illud expur-  
gādum ꝓtra illud iugiter deū imploꝝa: illud tibi  
in oratiōe versetur semp añ oculos: ꝓ illius extin-  
ctione lachrymas indefinenter funde: gemitus et  
suspiria ad eum deuote emitte. Nec tñ ita tibi cō-  
tra vnus illud pugnandum est. vt cetera vitia nō  
impugnes. sed ita contra vnū principaliter pu-  
gnabis. vt generalem tñ ꝓtra omnia vitia habes  
solicitudinē ⁊ horrorem. Quinimo quātū cōtra  
vnus magis strenue ⁊ sapienter certaueris tanto  
plus generaliter omnia vitia horrebis. Scire etiā  
tibi ꝓuenit qđ sicut in naturalibus ex diuersa cō-  
mirtiōe quattuor humoꝝ sanguinis: videlicet co-  
lere fleugmat. ⁊ melancolie diuersē causant com-  
ꝓleriones naturales. Ita in diuersis hoibus fm

interioꝝem hoicm ex diuersa cōmirtiōe affectuū ⁊  
ex corruptōe vitium ꝓ fomitē fm naturalia sunt  
diuersē dispositōes morales siue inclinatioes ad  
mores ⁊ variē dispositōes vitiose. vl etiā virtuo-  
se. Hinc est qđ vn⁹ magis inclināt ad luxurias. al-  
ter magis ad iracundiā. Et frequēter homo habz  
vnā quādam inclinatioē: quasi vnā massā quā-  
dam. vñd cetera vitia quasi oriant vl maior ꝓs: qđ  
forsitan nō absurde dici possit moralis cōplerio.  
Siquides vnus est tristis: alter ꝓplexus: tertius  
implexus: quart⁹ scrupulosus: qñtus qñulosus:  
sextus in suis exercitijs afflictus: septimus occu-  
patus. Et hec omnia vt videt ex quadā interioꝝi  
indispositiōe vl aie: vl organoꝝ ꝓueniunt ⁊ sunt  
melancolicis nō dissimiles suo mō. Alius autē ē  
letus. vagus hilaris ⁊ dissolutus ꝛc. Debet autē  
vnusquisqꝝ status suum interioꝝem mō prius ha-  
bito diligēter inquirere: ⁊ fm hoc ascensionē vir-  
tutis in corde disponere ⁊ vitioꝝ remedia in suo  
exercitio ordinare ⁊ sup illā suā inclinatioē vl-  
tiosam habere suspectam: ⁊ omibus modis iux-  
ta rōnis imperium refrenare. Quz autē illud vnū  
vitium d quo superius fuit dictum: adeo ꝓ deuo-  
tum exercitium ⁊ virile plūm debilitaueris vt ra-  
tioni obediēs cōtradicare nō ꝓsumat: sed si qñ se  
erexerit. statim rōnis imperio sine plio refrenetur  
tunc aliud vitium simili diligētia debes inquirere

quod te plus infestat: et contra illud non confimil  
preliari. Noli tamē putare quod aliquod vitium  
adeo in te radicatus possis euellere: ut non sit opus  
amō saltem generali sollicitudine et horrore contra  
ipm debellare. Etenim ut ait Ber. Vitia semel pu-  
tata repullulant, et effugata redeunt et reaccendū-  
tur extincta et sopita denno excitantur.

**¶** Quod secundum diuersitatem nature vitio-  
rum diuersimode sit contra ea decertandum et in quo  
consistit illa diuersitas victorum. *Ca. liiij*




### Adhuc autē de modo

preliandi contra vitia scire expedit  
quod contra predicta octo vitia et ab eis  
precedentia non sit eodem modo preliandum  
sed sicut diuersa est natura vitiorum  
ita et varia sunt contra ea prelia arripienda. Si qui  
de carnalia vitia melius vincit fugiendo omnem occasi-  
onem et materiam tibi de ipsis subtrahendo. Spūalia  
vero melius expugnas occasiones quibus ipsa irritantur  
et contraria fiat habendo et fortiter resistendo. Secundo  
considera adhuc aliam diuersitatem et variam naturam vi-  
tiorum. Sunt etenim quaedam vitia que semper ex alijs oriun-  
tur et sine alio vitio per se non veniunt quale vitium est  
inuidia, et tunc non tam contra illud vitium quam contra ipsum  
vnum habes originem debes preliare. Tertio aduerte aliam  
vitiolorum diuersitatem et naturam temptationum. Nam sunt

quedam vitia que apte ad malum trahunt: et suo im-  
petu volunt animam opprimere. sicut est luxuria vel  
iracundia, et his debes resistere cum labore et dolo-  
re. Sunt alia que suo impetu non impellunt sed se-  
ducendo fallunt et talia sunt sepius etiam contra appe-  
titum. sicut temptatio de excessu vigiliarum: ieiunio-  
rum et huiusmodi. Et hic non tam opus est fortitudine quam di-  
scernitione. Vnde secundum Bernardum. nouisse in hac parte est vici-  
cisse, et credere est vincere. Sunt autem adhuc alia  
vitia que propter suo impetu impellunt et bonitatis  
apparitione: sicut est (verbi gratia) affectus inor-  
dinatus ad predicandum: qui seducit sub pallio ze-  
li animarum. impellit appetitu laudis et impetu re-  
putationis. Et hoc est periculissima temptatio.  
Vnde hic primo opus est scire et credere esse tempta-  
tionem: nec tamen scire vel scuisse est vicisse: sed et opus est  
eius impetum laboribus et exercitijs refrenare.

**¶** Tres sunt ascensus contra vnum quod  
est vitium. id est tres perfectus ad oppositam virtutem. *ca. lvi*



### His igitur ad cautelam

tuam de vitiolorum certamine in ge-  
nerali premissis. nunc ad vitiolorum  
singulorum certamina singularia de-  
scendamus. Prius tamen scire debes  
quod contra quodlibet vitium quod arripis debellandus  
ascensionem in corde debes disponere quosdam perfe-

ctuum gradus. vt scias quātum ad virtutē ip̄am  
ascēdis v̄l descēdis ad ip̄m vitii. Igit̄ cōtra q̄dli  
bet vitium tres potes distinguere gradus. quor  
um primus est incipientiū z ptinet ad primum  
gradū ascēsiōis ad cordis puritatem q̄ est in ti  
more. Sc̄dus est pficientium z ptinet ad sc̄dum  
gradum sc̄de ascēsiōis q̄ in spe agit. Terti⁹ gra  
dus est p̄fectoꝝ z ptinet ad vltimū gradum ascē  
siōis ad puritatem.

**D**e ascensionibus contra primum  
vitium quod est gula.

Ca. lvi

**P**rimum autem certa  
mē est cōtra vitium gule. Inde p̄mo  
diabolus primū hominē temptauit  
z supauit. inde s̄m hominē primo  
temptauit. z succubuit. Itē hoc vi  
tium est situm quasi in finibus nature. Si igitur  
ip̄m nō potuim⁹ supare. quō sp̄ualia superemus  
extra fines n̄ros carnalis nature nos ip̄ugnātia  
Cōtra istud vitii ascēdit⁹ p̄ virtutē sobrietatis p̄  
quā ascensionē in corde disponimus contra gu  
lam debellandam. Sobrietas aut̄ v̄rtus dicitur  
qua corp̄is alimēta cū recto moderamē admittū  
tur. Triplicē aut̄ gradum v̄l ascensum cōtra vitii  
gule debes in corde disponere. vt possis gule ap  
petitum refrenare. z quātum ad hoc vim concu

piscibilem reformare. Primus ascensus contra  
gulam. i. primus gradus virtutis sobrietatis est  
patienter ferre cū non potest haberi cibus v̄l po  
tus delectabilis. z nō tristari cū non habentur  
interdum desiderata ad libitum. Sed in hoc gra  
du gulosus multa patitur certamina et gule tela.  
Unde opus habet vt hic aliq̄ diu stās p̄lietur et  
gulam superet. Scias ergo q̄ natura gule est. vt  
causet in concupiscibili inordinatum appetitum  
cibi z potus quo impediatur ab ascensu. z talis  
affectus v̄l appetitus inordinatus aliquos cogit  
an̄ t̄ps comedere: aliq̄s cogit se nimis. i. nimio de  
siderio z effusione super cibos effundere aliquos  
cogit inordinate cibum delicatū querere alios cō  
pellit excedere in nimia quātitate. Et autē totam  
familiam eius cognoscas z scias cōtra que debe  
as pugnā: aduerte q̄ p̄ncipaliter filie gule sunt  
s̄m Brego. Scurrilitas x̄borum multiloquiū: de  
tractio: vituperiū: inepta leticia: lasciuia mentis:  
immūdicia carnis. Et aut̄ hunc affectum impu  
ritatis qua per affectiones inclinamur vitiose ad  
cibos purgare z expurgare valeas: aduerte de  
bes generaliter p̄ expurgatiōe oim vitioꝝ carna  
lium q̄ in aīa est triplex vis motiua corporaliter vi  
delicet. Vis naturalis que est motiua humorū. z  
inde sepe gula z luxuria trahunt origines. Alia ē  
vis vitalis qua homo exercet motus v̄tales. Ter

tia est vis animalis qua homo exercet imaginati-  
onem: cogitationē rē. Quātum vero virtus aīa-  
lis remittitur et hō minus eam exercet, tanto vis  
naturalis intenditur et auget. Et hinc est q̄ ho-  
mines accidiosi et tepidi et qui intus delectationē  
nō habēt in meditationibus in spūalibus deside-  
rijs, maxime vitijs carnalibus piclitantur. Unde  
salomō. In desiderio est om̄is otiosus. Hinc est  
fm̄ Cassianū, q̄ gulosus nescit: nisi de cibo et po-  
tu et que ventris sunt cogitare. Hinc est iterū fm̄  
Chriſtū, q̄ mulieres maxime temptātur vitijs car-  
nalibus quia minus ab intra sunt solite. Unde  
et Chriſtū, de luxuria dicit, q̄ est aīe vacantis pas-  
sio. Ecōtra est q̄ quātum vis animalis intēditur  
tū naturalis remittitur, sicut patet in studiosis.  
Et hinc est q̄ inquit beatus Hieroni, ad rusticum,  
Ama sciam scripturarū et vitia carnis non ama-  
bis. Quātū igit̄ hō interiori et exteriori occupati-  
oni et sollicitudini cū delectatione fuerit intentus  
tanto amplius carnalia vitia superabit. Et ergo re-  
media gule et etiā luxurie est om̄is sollicitudo: et in-  
terna ad bonum affectio, sicut est cōpunctio que  
valde valet contra gulas et luxuriā: similiter deu-  
tio: sacra lectio, quelibet exterior utilis occupatio  
eū affectione interiori. Isti igitur et sibi reme-  
dijs oportet se pugnare contra gnam vt tandem  
ascendas ad superiorem gradū qui est vt ita pro-

ficias vt iam p̄opta voluntate velis, et sine ma-  
gno appetitu cōtrario possis abstinere ab illis ci-  
bis delectabilibus qui possunt haberi, et esse con-  
tentum simplicibus et cōmunibus cibis: et absti-  
nere a d̄licatiorib⁹, puta vino rē. In isto gradu  
stas tutius nō tamen adhuc sine impugnatio-  
nibus, licet debilioib⁹. Tū vt ad tertiā ascensio-  
nem puenire possis etus tibi calcanda est concu-  
piscencia remedijs p̄dictis et ieiunijs: vigilijs: le-  
ctione et crebra cōpunctioe cordis quibus te for-  
sitan illusum vel victū reminisceris: In gemiscens  
nunc horrore vtiōrū: nūc desiderio p̄fectionis et  
integritatis accensus: donec h̄mōi curis, ac me-  
ditatiōibus mens occupata p̄ter et possessa, ipsi-  
us cibi refectionem: nō tū iocunditati concessam,  
q̄ oneri vite impositā sibi recognoscat magisq̄  
necessariā corpori q̄ desiderabilem aīe sentiat ab-  
tributā. Et tunc attingis tertium ascensum cum  
talē iam indutus fueris affectū. Est autē iste terti-  
us gradus et ascēsus quo hō ita edomauit gulā  
et adeo reformauit vim p̄cupiscibilē: vt sine aliq̄  
difficultate ab habitis delectabilib⁹ possit astine-  
re, et contentus ēe necessarijs in q̄litate et q̄ntitate  
et quo simplicior cib⁹ eo maḡ diligat. Cū atē ad o-  
gulā superauerit sobrietatē in locū ei⁹ ordina: q̄ dili-  
gent obfuet maxie q̄litatē et q̄ntitatē i cibo. Qua-  
litate: videlicet, ne delicata q̄ras vel singularia



quãtitatē nec mensuras excedas. Nam quous va-  
ria est capacitas mensurę hoim: vnus tñ in omi-  
bus est finis cōtinētie ne quis iurta mensurā ca-  
pacitatis sue oneret ingluuie. Maxime aut vide-  
at sobrietas vt semp equale moderatumq; ieiun-  
um obseruetur:

**¶ Ascensiones ad debellandum vi-  
tium luxurie.**

Ca. lviij




**Secundo oportet te ascē-**

siones cōtra luxurias disponere vt  
ipam valeas supare. Siquidē et ipa  
in vi cōcupiscibilē sedem collocas  
nemine quē pfecte possederit pmit-  
tit in corde ascendere. sed tanq̄ be-

stiam facit cōputrescere in stercore suo. Ascendi-  
mus aut cōtra eā et debellamus p virtutem casti-  
tatis q̄ est sobrietatis: que gulā debellauit: filia et  
ab ea picipue nutrit et augetur. Nec aut castitas  
est virtus magna origine celestis. Hęc sancti au-  
geli ab ipso dño oim fontali pnciplo didicerunt.  
Hanc xps de celo ad terrā attulit et matrem suā  
virginē gloriosam huius virtutis discipulam pfe-  
cit alijs imitandā. Huius aut castitatis triplici ascē-  
su vel pfectuū gradu ascēdimus contra luxuriam.  
et deuincimus eam. Primus est cōtinentia ab actu  
carnali cum pposito sic manendi et omnibus illi-

etis motibus consensum negandi. In hoc ascē-  
su est homo ad huc in labore pugne et nō multus  
distat ab inimicis cū sola voluntas castitates ele-  
git affectu repugnante. Igitur oportet vt in hoc  
gradu cōstitutus viriliter armeris ad preliū. Nā  
contra istud vitium est longū et immane bellus pce-  
teris vitis ac diuturnū. Et aut scias quō istud  
vitium debeas oppugnare. debes ipius naturas  
et modum quo te impugnat diligenter aduertere.  
Naturā aut habet duplicē. Vnā ex parte carnis  
alterā ex parte aie. Ex parte carnis naturā habet  
motus in carne et ascensiones mēbrozum excita-  
re. Ex parte aut aie ingerit affectus feminaz et in-  
clinationē ad eas. Ingerit imaginationes earum  
vt familiaritatē et c. Filie ei? fm Grego. sūt septē  
cecitas mentis: inconsideratio mortis et inferni:  
constantia cogitationū et desideriorum: amor sui  
picipitatio ad pctm: odium dei affectus pntis se-  
culi: desperatio futuri seculi. Et aut motus hos  
et affectiōes deuincas diligentius considerādus  
q̄ hoc vitium vt ait Chriſt est aie vacantis passio  
id est sine exercitio sine desiderio existentis. Vnde  
quātum cor tuū timore. sollicitudine: cōpunctiōe  
repleueris: tāto minus tēptaberis. Et vñc est q̄  
in summo cū vires aiales sunt sopite. hec bestia  
amplius infestat. Pro specialibus tñ remedijs.  
nota q̄ hec passio interdū magis se habet ex pte



Carnis aliquā magis ex parte anime. Et cum tñ in carne fuerit in aia suscitatur affectiōem ⁊ econtra cum in aia fuerit statim mouet carnē. Sunt autē quedā remedia magis p̄ sanatiōe huius vitij ex parte carnis videlicet: ieiunium quod est vñū p̄ncipale remedium. Item opus manūū: vigilie: labores: tribulationes ⁊c. Ex parte aīe cōtritio spūs deuota oratio: frequens ⁊ lecta meditatio: sollicitudo mētalis ⁊ spūalis. exercitatio studiosa: ⁊ intēta interiorum ⁊ exteriorū occupatio. Item custodia sensūū vbiq; in platea: in domo ⁊c. Item repressio interiorum cogitationū. Item nullā familiaritatem habere cum mulierib; nec solus cū sola loqui nec in secreto s̄m Dīero. nec frequentare domos earū. Item maxime valet hūilitas ⁊ mititas. Vñ sap. Cum sciui quia aliter cōtinens esse non potui abij ad dñm ⁊ deprecatus sum ⁊c. Quāuis autē sine hūilitate nullius vnq; vitij poterit triumphus acquiri in hoc tñ vitio singulariter indigenus gratia diuina. Igitur his ⁊ similibus exercitijs te excitando tandē ascendis altius. videlicet ad secundū gradum castitatis: ⁊ scdm̄ p̄fectum cōtra luxurie vitium. Est autē scd̄s gradus cū p̄ macerationē carnis ⁊ alia p̄missa exercitia affect; induat ⁊ caro ita spiritui subiungat: vt rarius tēptet ⁊ facili labore tēptatio cedat: imperādo tñ magis q̄ reluctando. S; sup̄ hūc est adhuc

altior ⁊ tertius gradus cū videlicet p̄ longa exercitia ⁊ multos labores diuina adiuuante gratia ita cōcupiscētias carnis edomasti q̄ vix rarissime ⁊ tenuisse sentiant ⁊ talē induisti castitatis affectus ⁊ amorē vt horreas ⁊ detesteris oēs mores carnales q̄ nauscam inde quodāmodo patiaris.

**A**scēsiōes cōtra auariciā. Ca. lviij



**T**ertio oportet te ascē

siones disponere cōtra auariciam p̄ cōtemptum diuitiarum ⁊ virtutē paupertatis. Et sicut sunt in p̄cedentibus tres ascensus. Primus est nolle habere quāquā iniusti lucri ⁊ de iuste habitis facere elemosinā: nō abuti p̄pria facultate ad vitia. Verū si radicit; vis h; vitium euellere: hñs vītū ⁊ vestitū ⁊ quibus tegaris his sis cōtent;. Al certe quod est summū remediū oīa p̄ xp̄o relinquere ⁊ sub alteri; cura ⁊ p̄uisione degere nullius rei quāquā minime admittere p̄prietatē. Item cōfidentia de deo q̄ nō derelinquit sperātes in se. Scd̄s ascēsus est non solum iustis esse cōtentū. sed ⁊ solis necessarijs cōtētari: nihil velle habere superflūū in victu. vestitu ⁊ hospitio: ⁊ sic de singulis Tertius autē gradus est nihil possidere in mūdo ⁊ nihil velle hñe ⁊ in oībus necessarijs frequēter pati penurias. Filie autē auaricie sunt sex scz: p̄d̄

tio: fraus: vagatio: periurium: inquietudo: et contra misericordiam cordis obduratio.

**A**scensus contra iracundiam. Ca. lix



**A**stribus deuictis tam

quam principalioribus affectibus concubiscibilitatis: ascende contra vim irascibilem deuincendam et expurgandam. Et hic occurrit primo ascensus disponere contra vitium ire. Contra quod tripliciter ascensu vel profectu virtute mititatis proficit. Primus est ut discat homo motus ire per pugnam cohibere. et reprimere ne erumpat foras per verba vel facta illicita. Est autem natura vel motus iracundie triplex secundum Grego. Nam quosdam mouet substantie. et cito recedit: quosdam tardius commouet. et iam motus non cito deserit quosdam et cito commouet. et tardius relinquit. Filie eius sunt rixa: tumor mentis: contumelia: clamor: indignatio: blasphemia. Itaque in primo gradu constituti reprimamus nos ut dum motus iracundie sentimus non foras erumpamus. Et autem bene melius facere possimus? Continue autem per tractare debemus ea contraria que nobis possunt contingere. et fore occasio iracundie. ut autem quando veniat simus scuto patientie premuniti. Item ad hoc valet cum laborare reprimere. et accensam flammam interius suffocare. Itaque quod homo struat se ad alia negocia: ut con-

motionis sue obliuiscatur. Item magnum remedium esset si homo a deo esset compos sui quod posset admittere consilium cogitando quod multa mala se quatur iram. Etiam conscientiam ledit: puritatem mentis turbat spiritum sanctum de corde fugat: primum scandalizat: famam confundit. Item compunctio est venenus ire. Climacus. Quomodo aqua extinguit ignem ita veracis luctus lacrymarum profluvium naturam habet occidere. et extinguere omnem flammam furoris. Item intenta meditatio mortis refrenat iracundiam. His autem et homini exercitiis homo proficit donec per gradum mititatis vel patientie attingat: qui est cum homo ex consuetudine sustinendi contraria et refrenandi impatientiam: didicit iam non terri vel turbari aduersis. sed quasi in loco munito inconcusus circumstantes aduersarios intuetur.

**T**ertius ascensus est gaudere in tribulationibus gloriam cum assint et desiderare eum desint. Ascensus ad dilectionem proximi et contra inuidiam. Ca. lx



**A**scensus contra inuidias sunt perfectus et gradus dilectionis primi. Quorum primus est nullum odire: nulli malum cupere: nulli velle bonum impedire: in necessitate primo auxilium subventionis non subtrahere. et

breviter ut nulli faciat vel cupiat malum eius vo-  
luntatis cōsensu: et bonum proximo optet et faci-  
at sicut sibi velle deberet si indigeret. Caritas autē  
sicut superius dictus est: ad quā maxime per dile-  
ctionē primi ascendit: ipsa est finis ascensionum.  
Unde sicut caritati dei et primi nihil est p̄ponen-  
dum: ita invidie nihil est postponendum. An̄ oīa  
igit̄ unionē et pacem retinemus: in quo est vincu-  
lum p̄fectiōis. Nihilq̄ est aliud in quo sancti an-  
geli tm̄ delectantur: nihil in quo tam expresse simi-  
litudinem celestis hierusalē representamus: q̄ si ca-  
ritatem et unionē cordiū servem⁹: idē omēs dicē-  
tes. Idem sentientes: cavētes ledere cōsciētias ali-  
orū scādalo singularitate: v̄l novitatum: v̄l disue-  
tudinum p̄sumptione. Un̄ hoc mandatum xp̄us  
totiēs recessurus a nobis replicavit: ut artius im-  
primeret. In hoc inquit cognoscent omēs q̄ mei  
estis discipuli: si dilectionē habueritis ad invicem.  
Itaq̄ maxime expugnem⁹ hoc vitium qd̄ pprie de-  
monibus ascribitur. Invidia em̄ diaboli intravit  
mors in orbē terrarū sequitur em̄ q̄ stat̄ ex parte  
eius. Est autē summū remediū invidie nihil ama-  
re eorū q̄ mundus amat: honores divitias volu-  
ptates. Inquātū nos aliqd̄ t̄renū diligim⁹: intm̄  
si p̄ aliquē ab eo impeditur: ad invidiā p̄citamur.  
Nota tm̄ q̄ mot⁹ displicētie sub bono alteri⁹ non  
semp̄ dicit̄ pprie invidia. Aliq̄n̄ ei habem⁹ displicē-

centiā in bono alterius inquātū cedit in nostrū  
v̄l aliorū nocumētum: ut si invideo alicui de dño  
suo: quia tyrannus est et iniuste alios deprimat et  
hic motus semp̄ est d̄ bono tp̄ali. et est q̄q̄ bon⁹  
q̄q̄ vitiosus. Aliq̄n̄ etiā habeo motū displicē-  
tie de bono alterius: v̄l tristor̄ inde: non quia ille  
illud bonū habet. sed quia video me illo bono ca-  
rere. Et hec est q̄q̄ bonus zelus: et ita vult. Nie-  
ro. ut invidia de virtutibus sit inter nos: et cōten-  
tio. q̄s hūilior: quis obediētior. Tertio autē cōtin-  
git ista displicētia de bono alterius: inquātus est  
gl̄ie v̄l honoris mei diminutiū: et hec est ppriis-  
sime invidia. Et nō est inter p̄sonas multū distan-  
tes. quia illius gl̄ia v̄l honor qui multū excellēti-  
or̄ ē supra me nō imminuit gl̄iam meam: sicut rus-  
ticus nō invideret regi de sua gloria. s̄ forte fra-  
ter regis qui potuit eligi in regem: sic Esau odit  
uit Jacob. sic Absolon invidit Salomoni. Filie  
autē invidie q̄ ex ea sequitur sunt: odiū: infuratio  
detractio: exultatio in adversis primi et afflictio  
in p̄speris eius. Scdm̄ remediū est ut hō dili-  
genter p̄pendat: q̄ etiā si alius illo careret bono  
de quo ei invidet. attamen ipse illud non haberet  
Itē timere v̄ndictā dei qui homini nō dimittit  
peccata sua: nisi ipse dimittat primo suo. Itē ut  
homo studeat illi quē odit magis esse obsequio-  
sus affabilis et benignus. Secūds autē p̄tra in-

uidiam ascensus et ad dilectionem proximi profectus est. sic alterius profectui congaudere et bonum alterius diligere quasi proprium: et sic eius aduersitati copari sicut proprie et aliena lucra sua deputet ex affectu pietatis. Tertius autem ascensus est diligere inimicos ex affectu et ea dulcedine erga odientes et persequentes se affici sicut erga singulariter dilectos et non solum res temporales sed etiam corpus pro fratribus ponere paratum esse.

**A**scensus et expurgationes contra

accidiam.

Ca. lxi



**S**icut dilectio proximi

expugnat et destruit inuidiam: ita per ascensus ad dilectionem dei superantur accidiam et tristitiam malam. Amor enim dei feruenter facit operari. Nam operatur magna si est. Si homo operari rennuit: amor non est. Similiter actus caritatis est gaudium in spiritu sancto contra tristitiam. Primus autem gradus dilectionis dei est. sic diligere concessa et sic eis uti: ut tamen illicita deuitentur. Et in hoc gradu positus operari tamen salutem necessaria deuitas ne tamen deiciat te accidia ut omittas necessaria agenda vel sub precepto mandata. Vex hic ascensus bassus est: et non est bonus in eo diu manere. Quod necesse est: ut per continuam exercitationem in bonis operibus tunc frangas accidie tue resistendo et

bonis operibus et deuotis exercitijs affectum infla mando ut tandem delectationem acquiras et affectum in sanctis exercitijs et bonis operibus ut iam non solum agas salutem necessaria: sed pleniori affectu et feruenter accensus incipias per parte. diuicta accidia agere omnia que dei sunt: et ad illa agenda esse studiosus et etiam ad pericula implenda. Et hic ascendis ad secundum gradum dilectionis dei. et contra metis accidiam. Quando autem impugneris ab accidia et non dum hic pueneris. scias hoc summum esse contra accidias remedium ut nunquam cedas sed semper viriliter resistas. Et autem naturam huius bestie agnoscas aduerte quod motus et agnitio huius vitii principaliter trahit ad duo. videlicet loci mutationem et exercitiorum variationem. Mutationem loci hoc modo percurat. Ipsa enim mentem tuam primo tedio aggrauat et deprimit. et omnem delectationem in spiritualibus tollit. Anima autem sine delectatione esse non potest. Incipit igitur statim ad recreationem carnalem aspirare et locum illum in quo nullam habet delectationem velle deserere. Itaque statim tibi causat loci horrores celle fastidium et ad omne bonum maxime spirituale tedium. Nam interdum libenter corporalia arripit ut inuisus spiritualibus occupet. et tandem incipit loca remotiora ex tollere. et illic commorantes fratres beatificare ad prentes vero fratres quodam aspernationem tanquam ad minus spirituales percipere. Itaque cum

anima tedio affecta nullā cōsolationē inuenit statim locum deserit aut in somnolentias incidit vel dissolutionē querēs solatium ad tempus. mutationem exercitiōrū: ita licet occulte sub pallio inducit. Cum em̄ aīa grauat̄ h̄mōi exercitijs cōsurgit quedā alia leuioza amplius illa extollens et reputans magis meritoria: ut puta visitare infirmos vel certe monasterium cōstruere in quo magis et accidiosus discipulus peior magister et rector efficiatur. Itaq; volens accidiam legitime deuincere: añ om̄ia locum tuus ne deseras. Nam quāto locum plus mutaueris: tanto magis erit mens tua in exterioribus vaga: in spūalibus accidiosa. Ad h̄c Ber̄n̄ Impossibile est animū fideliter alicui in vno affigere: q̄ nō pri⁹ alicui loco perseveranter affixerit corpus suū. Cūq; egritudinem animi de loco ad locum fugere nititur: sic est sicut qui vmbra corpis sui fugit. Quāta etiā mala ex hoc veniāt. q̄ quis sua exercitia leuiter mutet dictus est supra. Filie accide sunt sex s̄m̄ Grego. scz: malicia. i. voluntas machinādi mala: desperatio: pusillanimitas: rancor. i. odiū inueteratū torpor circa precepta dei: euagatio mentis circa illicita. Cōpūctio si accidiosus eā acquirere posset: valde valeret contra hūc morbū Climac⁹. Qui luget seipm̄ nō nouit accidiā. Idem Liget iste tyrannus memoria offensionū et delictorum: et per-

tutiatur ope manū. et trahatur intenta et attentā meditatione futurorum bonorum. Itē cōtra tedium cordis multū valet varietas actōis: ut nunc homo oret et nūc legat donec affectum aliquē cōcipiat. et cogat se in his operibus quibus marie tediatur. Verū si homo strenu⁹ et seuerus et benignus in suis deuotis exercitijs et sanctis operibus. et diutius se perseveranter in talib⁹ exercitaue rit. iam tandē incipit sperare. et affectus caritatis incipit dilatare. et quādamō estuare ad deū ut quasi sine ipso vivere nō possit coartatus desiderio dissoluendi et esse cum xp̄o. Et hic est tertius grad⁹ caritatis dei qua accidia supatur. Tristitia autem mala est duplex. Dicitur enim quādoq; tristitia generaliter. prout est circa omnē passionē et tunc valde difficiliter comprehenditur ei⁹ origo. Alio modo est quidam torpor et grauitas tediosa in spiritualibus et tunc potest comprehendī sub accidia. et cōtra eas ascenditur per gradus caritatis dei. Nam actus caritatis est gaudium. Remediū contra tristitiam si est ex desperatione memoria benignitatis et misericordie dei et intuitus beneficiorum eius. Item q̄ homo sit libenter in bona societate ubi de deo loquuntur vlt materia spirituali. Item illud Jacobi. Tristatur aliquis in vobis. oret equo animo et psallat. De bona tristitia satis patet ex dictis de compunctione.

**A**scensiones contra vanam glori-  
am extinguendam. Ca. lxxij



**C**ontra vanam glori-

am nulla virtus est cōtraria: ideoq;  
per nullam virtutem possum<sup>9</sup> cōtra  
eam ascendere v<sup>l</sup> gradus ad deuin-  
cēdum ordinare. Ip̄a em̄ magis ex  
virtutibus generat<sup>r</sup> ex bonis opibus roborat<sup>r</sup>. Ip̄-  
sa em̄ primo pulsat in carnalibus. in vestibulis in  
parētibus: in dignitatibus etc. Et quē hoc mō su-  
perare non poterit p̄ humilitatē supplātat. Quo-  
cumq; p̄ceceris hunc tribulum semp̄ stat aculeo  
recto quicq; feceris quicquid egeris ipse se immis-  
cet et cor tuum ad vanagloriā dūz instigat. Filie  
vane glorie sunt septē. scz inobediētia: contritio:  
sactātia: hypocrisis: p̄tinatia: discordia: nouorum  
presumptio seu inuētio. Itaq; et si nō habem<sup>9</sup> ali-  
quā specialē virtutem qua vanā gloriā debellare  
possimus: ascēiones tamē maxime cōtra eā sunt  
necessarie. Sit igitur primus gradus et ascēsus  
contra eam vt homo diligētē et summo conamie  
studeat ne aliquid glie vane intētiōe incipiat vt  
custodiat os ne lequatur vñ laudē acquirat. p̄ci-  
pue tali intētiōe et p̄cogitatōe: Similiter caueat  
talia opa agere. vñ singulariter possit laudari: v<sup>l</sup>  
apparere etc. Istum autē gradum faciliter ascen-

dit si studiose in corde rumerauerit: q; quicquid  
tali intētiōe inceperit et peregerit q; non solum  
p̄m̄tū nō recipiet: sed et penā magnā habebit. Vñ  
diligenter recogitet illud. Amen dico vobis rece-  
perunt mercedē suā. S; et illud ps. Qm̄ deus dis-  
sipauit ossa eoz qui hoībus placēt cōfusi sunt qm̄  
deus spreuit eos. Item si adhuc hominibus pla-  
cerem xp̄i seruus non essem. Secundus ascēsus  
est q; sicut homo cauet ne bona sua agat vt vide-  
atur v<sup>l</sup> appareat hominibus: ita summo studio ca-  
ueat ne se vanagloria in medio adiungat et sacri-  
ficiū maculet: et q; homo semp̄ studeat illa am-  
plexi in quibus deprimi v<sup>l</sup> vilipēdi possit. et ab-  
ciat om̄ia illa in quibus possit oriri glia et honoz  
Sed ip̄a vanagloria vt ab hoc ascēsu deceptorie  
retrahat frequētē: nō violētē. s; fraudulētē ho-  
minē deicit. i. aliqñ suggerit aliq; magnū arripē-  
dum: nō intētiōe glorie: sed zelo dei. Verbi gratia  
Suscipere officium p̄dicatōis: presbyteratus v<sup>l</sup>  
dyaconatus ordinē vt possit dño aīas lucrari et  
alijs formā prebere vite exemplaris sed est appe-  
titus vanus et repellendus. Nam eosq; hō ad ta-  
lia indignus efficit: si ex appetitu ad talia afficia-  
tur. Vñ Grego. Sicut his qui inuitatus renuit:  
quesitus refugit. est sacris altaribus admonēd<sup>9</sup>  
sic qui vltro ambit v<sup>l</sup> importune se ingerit: est p̄-  
culdubio remouēdus. Vide notabile exemplum

De quodā: hoc morbo decepto in. xi. libro de insti-  
tutis cenobiorum Cassiani. Tertius ascensus ē  
altus et non multi ad eum ascendunt. Est autē qñ  
homo vanitate iam sufflata et deiecta, adeo dil-  
git abiectiōem et despectum mundi, vt nō nunq̄  
corā multitudīne aliqua faciat vel agat que sunt  
ad ignominia miserabiliter cōsummantia et amo-  
re abiectiōis et appetitu ignominie. Ca. lxxij

¶ De descēsiōib⁹ p̄ supbiā debellādā



**N**unc ultimo ad thro-

num: vbi supbia sibi sedem collaca-  
uit, necesse est ascensionē dispone-  
re et inde ipsam supbiā vitiorū re-  
ginā admodum Jezabel regine de-  
orsum precipitare. Oportet autē extra eam ascende-  
re p̄ gradus humilitatis. Quorū prim⁹ est, q̄ hō  
in veritate cognoscat seipm esse infirmū: inopem  
bonū, vitiosum: et si quos alios habet defectus et  
non eleuet se sup se. Quod si interdum temptatione  
victus fuerit seipm redarguat et castiget. Sed ab  
istō gradu retrahere nititur ascensorē duplex su-  
perbia, videlicet carnalis et spūalis. Nam carnal⁹  
hoīem decipit et suggerit ei q̄ sit melior q̄ est in  
vitate p̄pter sciam, p̄pter diuitas: p̄pter parētus  
dignitatē v̄l q̄dēcūq; h̄mōi, et nō pmittit hoīem se  
ipm et p̄pziā vilitatē in vitate cognoscerē. Signa

autē p̄ que istā carnalē supbiā in te v̄l in alio pote-  
ris agnoscerē s̄m Cassianū sūt ista. Inest p̄mit⁹  
in loquela clamor: intaciturnitate amaritudo: ex-  
celsus et effusus in leticia risus: irrationabilis in  
seueritate tristitia. in reprehēsiōe rancor: facil⁹ in  
p̄mōe: v̄ba passim sine vlla cordis grauitate erū-  
pētia. erpers oīs paciētie: caritatis aliena: audax  
ad cōtumelias irrogandas. ad tolerādas pusilla  
minis ad obediendum difficilis: ad recipiēdam  
erhortationē ipalcabil⁹: ad resēcādas suas volū-  
tates infirma sempq; suas diffinitōes statuerē cō-  
tēdes: incapax p̄ silij effecta. i. in oībus suo poti-  
us credit q̄ seniorū p̄silio. Et autē hāc carnalē su-  
pbiā depmēs ad p̄mū p̄dictū ascēdas hūilitatē  
gradū, necesse est vt prius hūilitatē verā fratrib⁹  
tuis intimo cordis exhibeas affectu i nullo acq̄e  
scens eos ledere v̄l p̄tristare. Itē vt continuo te  
ererceas in humilibus operibus et despectis of-  
ficijs vt puta in coquīne seruicijs vel necessarijs  
domum scopando vel scutellas lanando: humili  
abiecto habitu tanq̄ paup incedas et cetera. Item hu-  
miles mores et verba habere: nouissimū locuz eli-  
gere, vocabula iactantie deuitare, sicut vocari rab-  
bi vel dñe, et nihil oīno iactantie proponere. horā  
mortis nostre semp añ oculo h̄re. Nec et his filia  
cū in cōsuetudinē venerint mentē ad hūilitatē in-  
clinat et tūc morē ei⁹ depmūt. Est autē alia super-



bia spiritualis que mētem intumescere facit. et su-  
pra se eleuat quasi de multis suis virtutib⁹ et ma-  
gnis meritis que sibi attribuit: vlt se specialit⁹ ha-  
bere gloriā vel sibi a deo vlt ppter sua merita da-  
ta arbitratur. Et hec est multo piculosior q̄ vitia  
carnalia. Nullum est aliud vitium qđ ita oēs vir-  
tutes exhaurit: cunctaq; iusticia ac sanctitate ho-  
minē spoliāt atq; denudat quēadmodum hoc su-  
perbie malum: et in virtutum iam fastigio colloca-  
tos grauissima ruina deicere ac trucidare solet.  
Sed vt etiā hunc timorem internū deprimas et  
ad prefatum humilitatis gradum ascendas de-  
bes in omnibus virtutibus in omni pfectu. et in oī-  
bus bonis opibus ex toto corde et ex sentētia di-  
cere et sentire. Non ego s; gratia dei mecū et gra-  
tia dei sum id quod suus et deus est qui opatur vel-  
le et pficere p bona volūtate. Itē diligēter cōside-  
rare ppriā vilitatem: diligēter ppendere q̄ bona  
mentis tue non sunt tua. sed dei dona et de ipsis  
rationē redditur⁹ sis. Mala vero tua ip̄a sunt tua  
et pura tua mala et ex pluribus circūstantiis gra-  
ula et grauissimis suppliciis digna. Bona nra  
non sunt pure bona: sed multipliciter imperfecta  
Negligentia: tepiditas: hypocrisis: vanagloria et c.  
adeo sepe bona nostra coinquant vt et nobis pa-  
rum sint meritoria et deo minus accepta. Itē de-  
bes frequēter superiores et meliores te attendere

tam hoies q̄ ip̄m dñm iesus xp̄m qui ait. Discite  
a me quia mitis sum et humilis corde: vt sic alio-  
rum cōpunctiōe vilescas tibi metip̄si. Nec autē  
cum homo diutius actitauerit et in his diuti⁹ se  
exercuerit incipit seipsus qualē ē in virtute agnosce-  
re. Verū si affectuose se in his exercuerit: et pseue-  
rāter in eis p̄māserit extēsic incipit affectus indue-  
re: vt qualem ip̄e se cognouit vilem inopem et c. in  
primo ascēsu talē etiā imo pot⁹ viliorē q̄ melio-  
rem: nisi inde scandalus primo oritur. desiderat  
se ab alijs reputari quātum in ip̄o est. Et hic est  
scōs ascēsus et scōs gradus humilitatis. Terti⁹  
vero gradus et ascēsus est cū homo p humilia ex-  
ercitia et virtutis cognitioē talē induerit humili-  
tatis affectum q̄ etiā in magnis virtutibus et sub-  
limibus donis non extollitur et nihil sibi ex ip̄is  
blanditur: totū ei a quo omnia bona sua recepit: re-  
fundens et integrum restituens. Talis fuit hūilitas  
christi: talis etiā est humilitas angelorum  
et sanctorum in gloria.

**I**ncipit quarta pars de descensio-  
nibus spiritualibus que sunt in duplici differentia  
videlicet ad seip̄m et ad proximū. *Ca. lxiij*

**A**udisti nunc o homo de  
scensus quibus descendisti. i. audisti quā-  
ter ascensiones in corde debeas dispone-  
re

re et quibus exercitijs et gradibus ascendere. quod per deuotam orationem debeas diuini auxilium implorare. quale quoque sibi premium recepturus. Et hec sunt illa quaeque tibi in principio proponebantur. Sed quia diuina scriptura de his ascensionibus alibi loquitur dicens. Vidit iacob scalam erectam et angelos dei ascendentes et descendentes in ea: miraris forsitan. quod in his ascensionibus angeli viri utique sancti descendunt. Nam quod ascendunt non est mirandum. Quamuis autem hoc non absurde possit intelligi quod etiam ipsi sancti viri quod diu peregrinantur quod diu pergrauantur in corpore quod corrumpitur: non ita possent continue et indefinenter ascendere: quin aliquando corruptibilitatis pondere grauati deficiant in ascensu et descendunt ad tempus relaxando exercitium spirituale. Alii tamen sunt descensiones utiles et ad propositum magis convenientes. quibus etiam veri ascensores ut viri spirituales interdum pro tempore ascensiones suas interrumpunt et assumunt sibi utiles descensiones. Et autem breuiter has descensiones comprehendas due sunt huiusmodi descensiones. Una qua homo descendit ad seipsum. Secunda qua descendit ad proximum et hec utraque descensio est tribus gradibus subdistinguita.

**D**e primo descensu quo homo descendit quantum ad seipsum in gradu superiori ad inferiorem. c. lxx



**D**ico igitur homo descendit ad seipsum cum verbi gratia aliquis in altiori ascensu constitutus: et ad sublimiores gradum peruenit: interdum tamen descendit ut se perfectius in inferiori gradu exerceat ne semper supra ascendens negligens amittat quod inferius iam acquisiuit. Neque enim ita aliquis in his omnibus ascensionibus ad anteriora se debet extendere et quasi non esset penitus opus ad posteriora respicere. sed ita debet ad anteriora se extendere et de virtute in virtute proficere ut nequaquam negligat gradus ad quos deuenit vel per quos ascendit: ut quod iam obtinuit summope studeat custodire. Vbi gratia. Per timorem plus fuisti compunctus et per meditationes mortis tue extremi iudicii et penarum inferni: et multa bona egisti: ac deinde venisti ad spem: et memoria celestis glorie et beneficiorum dei dulcius te ad compunctionem amoris incitasti. Nunquid iam timorem debes relinquere. nunquid iam ex toto meditationes mortis et iudicii debes omnino postponere? Non ita Interdum pro spem ad superiora debes ascendere et celestem gloriam speculari ut eius pulchritudine alliciaris ad vltimum ascendendum. Interdum homo pro timore debet descendere et vanitatem mundi et breuitatem vite tue: et acerbitatem penarum infernalium studiosius contemplari. ut ter-

rears infirmitas descendere: vt sic ante trabaris p  
spem: a posteriori ho per timorem quasi quodam  
aculeo pcedere et ascendere cōpellaris. vt ita sem  
per in tuis exercitijs inter timorē et spem et carita  
tem ascēdas et descendas: donec ipa caritas fue  
rit pfectissima: foras mittēs timores: ne videlicet  
in torporē vlt securitatem incidas: aut psumptio  
nem. Sic utiqz angeli. i. viri sancti ascendūt in ce  
lum p affectum et desiderū. et descendunt in aby  
sum vlt vluētes in infernū p diligētē cōsiderati  
onem. In quo tñ gradu amplius quis se debeat  
exercere. discretionē opus est vt discernat fm pro  
fectus status et cōditōes psonarū. Sic itaqz ascē  
dendo et descēdendo vtrumqz pedem xp̄i cuius ma  
ria amplecteris peccatrice. Sic misericordiam et  
iudiciū cum ppheta dño decantabis. Ad hos  
duos ascensus et descensus om̄ia q̄ in scripturis  
sunt. referuntur fm August. vt vicz misericordiā  
ames: timeas ptātem. Vñd ppheta sanctus in di  
uina locutione. hec duo se narrat solūmō audiuis  
se. Semel inq̄t locut⁹ est de⁹ duo hec audiui quia  
tibi dñe est m̄ia. et tu reddis vnicuiqz iuxta opa  
sua: ppter hec duo pph̄e. ppter hec duo oēs sunt  
scripture. Audi bñm Grego. hūc tibi ascensum et  
descēsum recōmendātem. Quāuis inquit securi  
tati timor semp longe videatur abesse: nobis tam̄  
nihil est securiusq̄ sub spe semp timere: ne incau

ta mens aut desperādo se in vicijs deiciat aut ex  
tollendo de donis ruat. An̄ districti em̄ et pñ iu  
dicis oculos quāto de se mēs. sub spe hūllius tre  
pidat tāto in illo robusti⁹ stat. Si ergo nō vis vt  
veniat tibi pes sup̄bie quo cadūt oēs q̄ operant̄  
iniquitatē: noli a timore pedē totaliter remouere.  
**¶ De secundo descensu quo interdū**  
necesse est hominē descendere ad morum extetio  
rum et gestum disciplinā. **Ca. lxxj**



**Secundo etiam o ho**  
mo nōninq̄ ad teipm debes descē  
dere et exteriorē hoīem debite in mo  
ribus disponere et ordinare vt inte  
rior tua deuotio et interna sc̄ritas  
in gestibus exterius et moribus elucescāt. Itaqz  
rege mores tuos exteriores vt sis tibi custodit⁹  
sis alijs exēplaris: sis amabilis vniuersis. Hoc  
aut optime cōplebis si tria in interioribus mori  
bus studueris obseruare. Primo vt mores tui  
sint maturi. Secōdo vt sint humiles. Tertio vt sint  
benigni. Maturitas reddit te exemplarem alijs.  
Hūilitas custoditū tibi. Benignitas facit ama  
bilem vniuersis. Maturitas aut in hoc consistit  
vt homo non sit leuis ad currēdum nec pronus  
ad risum: nec curiosus vel x̄bosus seu ioculator  
Dec maturitas caput regit: intus mentem com

ponit et totum corpus exterius ab insolentia custo-  
dit. Caput regit ne leuiter hincinde circumferatur  
oculos ne vagentur: aures ne curiose auscultent  
et sic de singulis. Morum humilitas depmit cerui-  
cem: humile format rursus et gestus coplanat: ve-  
stitum simplicem amat: sese inter nouissimos locat  
ostentationis notam declinat: singularitates fugit  
ad aliorum obsequia agilem facit et promptum. Be-  
nignitas facit affabilem et compassionem afflictis: tra-  
ctabilem et erorabilem et flexibilem ad consilia im-  
perticenda comunicatiuus sui et suorum in bono:  
hilaris et modestus iocundus et fidelem et socia-  
lem gratum et beneficium. Nec autem benignitas  
quantum ad quedam signa exteriora benignitatis  
quam philosophus amicitiam vocat: est necessaria ad so-  
cialiter conuiuendum. Nullus enim: ut ait: potest per  
dilectum viuere cum tristi et non delectabili. Ideo et  
quodam debito naturalis honestatis constringe-  
ris ut alijs delectabiliter conuiuas per benignitatem. Vnde  
principue cum inter alios fueris: debes te benignum ostende-  
re et delectabilem exhibere. et in conuictu multorum mentis  
tristitiam quadam uultu hilaritate te docet simulari. ve-  
rum effusa dissolutio cauenda est: ne sub preteritu pie-  
tatis nutriatur vitium uanitatis. Ergo ut ait Augustinus.  
Si cum alijs fueris et mutua dilectat hominum collatio:  
fiat primo de scripturis: de moribus: nunc de miseris huius  
uite congemiscam: nunc de spe futurorum gaudiorum com-  
gaudeam? nunc mutui secreta reuelatione recre-

mur: nunc simul ad illam uisionem iesu: ac bona celestia  
suspirem? Si homo non nunquam utile est ut intensus an-  
imum ad inferiora quedam et iocunda laxem? sint lax-  
amenta illa plena honestatis: uacua leuitatis: et sic  
careat nimio potere non tamen careat edificatione. In  
his ergo tribus maturitate: humilitate et benignita-  
te: tota exteriorum morum disciplina consistit. Humilitas  
autem maturitatem temperat: ne elata videatur. Beni-  
gnitas ne austeram et indignamunda.

**T**ertia descensio quantum ad seipsum  
qua homo fragilis non diu uel spiritus spiritualibus ualens insiste-  
re. necesse habet se in opere manuum exercere. Ca. lxxvii



**T**ertio debes frequen-  
ter descendere: et opere aliquod corpale  
uel manuale arripe: imo certe ita de-  
bes exercitium tuum ordinare ut quoti-  
die tempus in opere manuum suis et cer-  
tis temporibus exerceas. et suis rursus temporibus in ascen-  
sionibus cordis proficias: quantum a cordis profectibus for-  
sitan maioribus operibus non impeditur. Potes enim infra opus  
orare: meditari: in timore te et desiderio exercere.  
Sicut presertim nostri hoc per reglam habuerunt: ut quanto fide-  
lius se ad opus manuum transferret: tanto ad altiorum puri-  
tatis et caritatis ascensum et spiritualem profes-  
sum sperabant se peruenturos. Itaque homo fragi-  
lis cum sis: noli te angelum putare qui semper uicis ci-

bo spūali quē tu nescis vt tu etiā velis semp spi  
ritualib⁹ adherere: sed teipsum certis tēpibus ex  
erce in ope manuali multiplici ratiōe. Primo ne  
tedio victus iam etiā in toto relinquant spūale ex  
ercitium. Nec reputa te feruētlorem ⁊ magis spi  
ritualem q̄ fuit magnus ille Anthonius qui ni  
si talem ascensu ⁊ descēsum inter opus manuale  
⁊ spūale ab angelo didicisset tēdio victus ad se  
culu rediisset. Ideo vult Cassianus. q̄ qui nō  
est quotidie contētus aliquid manibus opari nō  
potest in caela finaliter perseuerare. Secūdo cū q̄  
uis ad modicum interdum illa manualia ab illa  
vocatiōe retrahunt postea tñ valentlorem ad  
eam tereddunt. Nam vt audisti: nō potest cū con  
cupiscentiis ascendere. Sed ipse sunt q̄ ascēsum  
impediūt. Ideo istas cōcupiscentias oportet te  
vincere: precipue opera manuali. In desiderio ē  
em̄ om̄is ociosus. Sic sepe ergo opus manuū de  
seruit spūali ascensionī in quantum impedimenta  
remouet ascendendi. Tertio cor tuum valde insta  
bile est: ⁊ hīnc inde velut nauicula in fluctib⁹ ma  
ris fluctuans sic quatitur diuersis affectibus ⁊  
meditationibus. Igitur vt dicit Cassianus Cor  
tuū velut quedam anchora te decet figere ponde  
re videlicet ⁊ occupatione alicu⁹ operis manua  
lis. Quarto qm̄ plures aditus temptandi inimi  
cus in nobis reperit ociosis q̄ occupatis. Siq̄

dem occupatus vt aiūt vno demone temptatur.  
ociosus vero innumeris demonibus deuastatur.  
Quinto si diligenter aduertis ipm̄ opus manuū  
utiliter te admonet ad ascensum. Primo em̄ ad  
monet te d̄ loco in quo te dñs posuit vñ cecidisti  
Nam ibi cōstitutus inquietis plenitudine nō te  
cuz labore oportuit opari. Et si adā positus erat  
vt scriptura dicit vt paradisu oparetur: nō tñ cuz  
labore sed eum colens cum summa delectatiōe ⁊  
cōsiderās in inferioribus potentia: sapientiam ⁊  
benignitatem creatoris: in laudem eius ferebatur  
Est igitur fm̄ Bern̄. Opus manuū quasi vulne  
rum ligamētum vñ corripis ⁊ admoneris de  
culpa. Siquidem post culpam datum est hoc pre  
ceptum legis naturalis. In sudore vultus tui ve  
sces pane tuo. Quotiens igitur manibus ope  
raris: totiens admoneris de culpa transgressiōis  
Itē p̄ opus manuū admoneris q̄ ser diebus sc̄i  
licet tota vita qua hic viuīs oportet te laborare.  
Nam tempus est laborandi. Septimo hō die fi  
nita vita p̄nti dicit spūs vt a laboribus req̄escas  
Admoneris igit̄ manuali opere illuc tendere vbi  
te nō oporteat laborare: s̄ tñ vacare: videre qm̄  
suavis est dñs. Sed ⁊ opus manuū reddit libe  
rum ne sit tibi opus alijs applaudere ⁊ aliorum  
aliqua d̄siderare. sicut ap̄tus scribit ad Thesalo.  
Septimo fm̄ Bern̄. Ip̄m opus manuū sepe si

cut corpus suo pondere et mole deprimat: ita non  
nunquam et punctio dulcius exprimit et efficit pu-  
riorum. Propter hec et multa alia sancti patres no-  
stri precipue in egypto tam fideliter laborauerunt. et  
propter labores eorum a sanctis tamen sublimiter extol-  
luntur. Verutamen ne a cordis ascensionibus lon-  
ge discedas, ea debes magis opera corporalia quan-  
tum in te est semper eligere que cum spiritualibus videntur  
maiorem convenientiam habere. Sic sacros libros scri-  
bere: quod minus ab ascensu impedit et est spua-  
liter amplius fructuosus. Quot enim libros sacros  
scribis, quasi tot veritatis preces facis: et quot  
ex eis colliguntur et perficiunt tot eris particeps me-  
ritorum. Hinc opus scripture beatus Bernardus magis  
approbat. Plures sanctorum patrum scriptores erant  
Dionysius fratres et discipuli in monasterio sancti Mar-  
tini libros scribebant. De opere scripture inter  
alia beatus Hieronymus. Rusticum monachum specialiter  
admonet. Plures sancti libros suos tamen ex humi-  
litate tamen ad deuitandum otium propriis manibus scribe-  
bant ut de ambrosio legitur et Hieronymus. Sane cum mani-  
bus operaris non debes mente otiosi sed ad pietatem  
cordis te exercere orando aliquid aut meditatio  
sen certe quod scribis dulciter ruminando. Immo etiam  
sicut Augustinus de opere monachorum potest infra opus de  
uote aliquid decantare. Nec enim opus manuum  
ista plus impedit quam seculares a suis carminibus

impediunt manibus laborantes. Debes autem fide-  
liter operari non sicut seculares qui recipiunt solum  
mercedem transeuntem: tu autem non solum mer-  
cedem temporalem, sed immarcescibilem coronam  
in celis. Attende quod sancti angeli laboribus occu-  
patis pastoribus specialiter natum christum dominum nun-  
ciauerunt. Noli tamen in labore esse nimius vel impor-  
tunus. sed moderatus et discretus. Debes precipue in  
ope manuum silentium custodire. Silentium enim in quo  
lurta prophetia est fortitudo nostra. et si ubique et semper  
est seruandus: nisi necessitas cogat vel utilitas sua-  
deat: marie tamen in ope manuali. Iuxta illud apostoli. Ob-  
secramus in domino cum silentio panem vestrum manducetis.  
**De descensionibus ad primum vel**  
propter proximum. Et primus descensus fit ad  
superioris iussionem. Ca. lxxviii



**S**imiliter necesse est se-  
pius propter primum ab istis ascensio-  
nibus descendere. id est ad tempus cessare  
non in toto deserere ascensiones. Tri-  
bus etiam modis propter primum descen-  
dimus. quia vel propter superiorem, vel propter equelem, vel propter  
inferiorem. propter superiorem debet ascendere. cum ubi gratia  
licet tu quantum in te est semper appetis tibi vacare  
vel cum Lazaro peccata tua deflare et compunctio-  
nem ex memoria peccatorum tuorum vel extremi  
iudicii. etc. perficere vel cum maria ad pedes iesu pre-

dicatis sedere. id est in vita et passione christi merito  
liter exercitare vel quouis magno ascensu. Et ec  
ce venit superior tuus et vocat te: iubet erire. mandatur  
descendere: statim sine mora martha ad pedes vi  
carij iesu. i. superioris pcedat. i. tota humilitate et  
deuota promptitudine descendat et inclinet se ab  
interiori suo exercitio. quod si maria adhuc in domo  
remanserit. et tamen se circa interiora a quibus inui  
ta auellitur occupas: etiam si sedeat ad pedes iesu  
murmuret Martha. etiam si deploret fratrem. in  
tret necesse est Martha domum interiorum scilicet  
hominem. et vocet eam sub silentio id est occulte te  
ipsum reprehendas dicens marie. Magister nunc  
adest et vocat te. Adest ille cuius discipulatus te com  
misiisti superior tuus: hic vocat te et iubet erire: quod  
adhuc sedes: Nunquid non melior est tua vocatio  
quam deuota obedientie impletio. Quo audito surgat  
ipsa maria et prociat similiter ad pedes iesu dicens.  
Paratum cor meum: Paratum cor meum. Paratum  
ut ad tuum imperium mihi vacem. Paratum cuius  
iubes ut exteriozibus ministrem. Hoc autem non  
solum ad iussionem patris tui obligaris. sed etiam  
nonnunquam fieri debet ad exhortationem fratris ex ca  
ritate. Omnia enim exercitia sua sancti patres liben  
tius postposuerunt tamen ut obedientiam inuolabilliter  
seruare potuissent: atque hoc super omnia reputabant  
si non suam voluntatem. sed alterius adimplerent. Et

quam obedientiam precepti vel necessitatis est magis  
necessaria noli tamen discutere an teneris vel non quod  
sepius obedientia vel caritatis est magis merito  
ria et caritatem auget deuote impleta.

**I** De secundo descensu ad primum  
quo primo condescendimus auxilio vel consilio  
admonitione vel correptione. *Ca. lxx*



**S**ecundo ad primum  
debes descendere: primo condescen  
dere compassione motus et pietate  
auxilio et consilio subuenire: ut scilicet  
corporaliter afflictos iunes et eis  
succurras: sed multo amplius si videris spiritualiter  
afflictos adiuuabis quantum poteris admonendo  
corripiendo et attrahendo in temptationibus et tribulati  
onibus consolando et confortando. Nisi enim paulus ter  
tio celo descendisset et de alto statu mentis sue in  
firmioribus se inclinasset neminem attraxisset: sed  
descendit factis omnibus omnia. Et carnalibus qui  
dem iesum predicabat et hunc crucifixum: spiritualibus  
autem spiritualia comparabat. Sic et tu sis omnibus omnia  
singulis succurrens prout eorum necessitas erigit. Si  
corporalis vergit infirmitas ex corde compatere: liben  
ter ministra quantum in te est precipue domesticis.  
Si rerum stringit paupertas: si potes tribue eis  
et succurre ei necessitatem interdum patiando ut

nō de supfluo s; de necessario offeras euz vidua  
vt ex tua paup̄tate ⁊ necessitate quā pateris in ci  
bor ⁊ vestitu ⁊c. Si non poteris subuenire rebus  
saltem pijs admonitiōibus. Nam verbum bonū  
est sup donū optimū. Et maior est elemosina spi  
ritualis q̄ corp̄alis. Vñ maxime si stas in ascen  
siōib; cordis tui sub; videri aliquos a xp̄i iugo  
suberrare: descēde festināter ⁊ relinque ascēsus si  
ita tibi p tpe visus fuerit expedire. attrabe: admo  
ne: corripe. Nec dicas in corde tuo sufficit mihi  
mea saluatio: p me volo esse sollicitus nō p alio  
Nunq̄d ego supior ei? sum? Nunq̄d ego custos  
eius p̄stitutus? Ecce talē cogitationē nō genuit  
zelus dī. S; vt ait Grego. In quātū gratiā sup  
ne aspiratiōis accepisti. a p̄auitate p̄ximū reuo  
ca eternū regnū vel supplicium eo mō quo superi  
dictū est errāti ānūcia vt dicit angelus merearis  
Sic igit; x̄bū admonitiōis osibus impēde. put tū  
bi p vno quoq; visus fuerit expedire. Cogita s̄m  
Bedā q̄ inter hoies sublimior ⁊ deo gratior cō  
uersatio esse nō p̄t q̄ eoz qui se castigāt a vitis.  
qui virtutum studijs animū subigunt. In sup etiā  
alios quotidiano exercitio. ad auctoris sui grati  
am studēt c̄nertere ⁊ crebra aiarū fidelius acqui  
sitiōe gaudiū semp patrie celestis student augere  
Nec aut nō de p̄dicatiōe publica intelligim; sed  
de priuata admonitiōe ⁊ fraterna exhortatione

de qua dicit. Antequā mandauit deus de primo  
suo. P̄dicatio ergo publica nō sine summo mo  
deramine a quouis maximeq; a iuuenibus debet  
arripi. nisi q̄damō sint virtutum pleni ⁊ gratiarū  
admodum conche: que nō effundit nisi ip̄a prius  
fuerit plena. s̄m Bern. sup Cantica. Et vere du  
rum ⁊ periculosum est. vt qui nō habet nisi modū  
cū olei exponat illud. nisi forsitan ad p̄phete ius  
sionē: ne plus p̄tra ordinē caritat; alios q̄ seip̄os  
diligere videat. Similiter debes descēdere spiritu  
lenitatis p̄ mot; ⁊ frati cōpassus cū vidisset vi  
deris aliquē peccare v̄l inordinate se regere. quo  
cunq; mō hoc p̄penderis vt ei pie condescēden  
do p̄ fraternam correptionem valeas eum superi  
us trahere ⁊ p̄ducere ad meliorem emēdationem  
Nec debes quātum in te est p̄mittere in aliquo vi  
tium regnare. sed compassione ⁊ humilitate p̄e  
cedentibus. debet te zelus moderatus ⁊ discret;  
comedere: vt vbi emēdam p̄sumis nō cesses incre  
pare. Semp tñ attendas teip̄sum ne ⁊ tu tempte  
ris ferueat igit; vt Bern. ait in nobis iste zelus  
charissimi amor iusticie: odiū iniquitatis. Nemo  
fratres vitia palpet peccata dissimlet nemo. Ne  
mo dicat: Nunquid custos fratris mei sum ego?  
Nemo quātum in se est equanimiter ferat ordinē  
deperire minui disciplinā. Sic ergo d̄bes primo  
subuenire auxilio: vt si corporaliter egeat elemosi



na corporali succurras: si vero spūaliter egeat misericordiam spūalem et auxilium spūale libenter impende. Scōdo debes primo tuo subuenire consilio: instruendo et dirigēdo errantē: maxime in tēptationibus et spūalibus exercitijs. Sed videas ne alios doceas quōd ipse nescias. Melius est humiliter profiteri ignorātiā quā presumptuose velle docere. Sit igitur cōsiliū tuūz semp diuine scripture cōsonum. Ea tñ quā in cōsilio recipis, vel de quibus cum alijs cōsulendo percipis si secreta fuerint caue ne publiques maxime de temptationibus aliorū. Inde em̄ sepe pericula veniūt: vt in secunda collatiōe patrum dicit. In consilijs etiā dandis caue ne sequaris tuas passionē vel inclinātiōē. Nā illa pervertit iudiciū et zelus sapere nescit. Item anteq̄ des cōsiliū maxime arduum diu delibera. et nō quōd prius occurrerit edicito, sed delibera te submisso semp tuo cōsilio sentire aliorū ne p̄tinax inuentaris et velis tu magis consentire humilibus quā tibi consentiri. Quō nullius tu consiliū obbes vilipēdere. Deus em̄ sepe reuelat paruulis quā abscondit a sapientibus, s; oim consilia attendas: nō tñ suscipias s; omnia probate. Ap̄tus ait quod homo bonū fuerit ipm̄ tenete humiliter cōsentiendo finaliter.

**D**e tertio descensu quo necesse ha-

bet superior descendere propter curam et sollicitudinem subditorum.

Ca. lxx



**S**uperior vero sub te habueris inferiores: tunc te oportet multo amplius et frequētius descendere. immo sepiissime ascensiones deserere vt vaces subditis in custodia et disciplina. In custodia vt serues astantes quā iam digne cōuersatur. In disciplina vt corrigas errātes et minus ordinate cōuersātes. Alias certe dñs sanguinē aiarum subditarū de manibus tuis requiret. Et nisi fratrem minimū quātum in te est adduxeris: facit Ioseph veri saluatoris nō videbis. Et de hoc quā periculosus est status superior quo necesse est vt homo seipsū deserat et sepe dum negligit perdit. Nam dum foris homo multum occupatur, et interius ociatur: nōnunquā ascensiones negligit et ad cor durum descendit et insensibilis fit solum exteriora sentiens, et spūalia nō degustās: sic bene ostendit Bern̄: in. i. li. de consideratione. Igitur cōsilio superiorū quātum in te est semp locū superiorē et nimias occupationē exteriorē deuita salua semp humili et prompta obedientia. Cum vero aliquis cogitur exterioribus occupationibus deseruire debet valde solcite quācumque potest vt tps habuerit ad intima recurrere et sibi ipsi vs

carene vt dictus est insensibilis efficiatur. Unde Grego. Sancti inquit viri qui exterioribus ministerijs defuire officij necessitate cogunt. studiose semp ad cordis secreta refugiūt vbiq; cogitationis intime cacumē ascendunt. ⁊ legem dñi quasi in mōte percipiunt dum postpositis tumultib; actionū suarū t̄paliū in cōtemplatiōis sue v̄tice superne voluntatis sententiā p̄scrutātur. Et em̄ exterioribus officijs in offēse deseruiāt ad cordis secreta recurrere incessabiliter curant. ⁊c.

**De quatuor in quibus incipiētes deo seruire debēt esse cauti si proficere volunt.**



**Quatuor autē sunt in**

quibus noui ⁊ incipientes cauti debent esse si volunt p̄ficere. Primum vt ab illa voluntate qua ad religionē venerūt. ⁊ a p̄mo nouitiatus feruore nō tepescāt. sicut cuiādam in Apocalypsi impropertur. Habeo aduersum te: q̄ caritates primam reliquisti. quapropter penitētiā age. ⁊ p̄ma opa fac. Caritatē p̄mā relinquūt: qui cum primo sint feruentes ⁊ d̄uoti ad om̄ia. postea tepidi effecti ⁊ desides: tradunt se leuitatibus ⁊ vitia expugnare ⁊ que expurgare venerāt: p̄mittunt sibi dominari seruientes deo p̄ suo libitū: non p̄ eius beneplacito voluntatis. Unde dñs filijs israel p̄ce-

pit. Memōtote diei huius in qua egressi estis de egypto. Dies qua d̄ egypto egredimur: est bona voluntas qua educimur de seculo hui; semp meminisse debent: vt a seruoze illius nunq̄ retrocedam;. Nū quidā volens religionē ingredi de seculo quesuit de quodā sctō patre: quō viuere deberet. At ille dixit ei. Vide qualis primo die fueris: ⁊ sic semp viuere. Hoc est cōsidera statum voluntatē tue in p̄ma die qua religionē intrare disposuisti: q̄ hūilis tūc fueris: q̄ patus tunc obedire ad oīa t̄as aspera q̄ despecta q̄ patiens ad correptiones: ⁊ penurias ⁊ labores q̄ x̄cūdus ⁊ timoratus q̄ sollicitus vt emēdares vitam tuā. ⁊ dies quos in seculo perdidisti recupares: q̄ parū curas r̄umores seculi querere vel referre: nec detractiōib; intentus: nec aliquibus curiositatibus occupatus ⁊ quō fugisti ⁊ abiicisti om̄es carnales affectus ⁊ effectus ⁊ te totū obtulisti dño holocaustus viuus: vt nihil deinceps in te uiuat de vita peccati sed tota mactetur ⁊ immoletur dño: obediētie seruo per sacerdotis ministeriū. i. prelati tui: vt xp̄o in te innouato resurgas. Scdm̄ hanc formā semper postmodū stude viuere: ne aliter in scola religionis dediscere ⁊ retrocedere magis q̄ p̄ficere videaris. Sicut illi qui vadunt ad studium litterarum: ⁊ t̄ps vane p̄sumentes redcunt domū: exp̄sas solum computāt cōsumptas. quia quid p̄se-

erint nō apparet: sic et nos quā tēpus in religione  
expensum cōputamus. et pfectus virtutū exigu<sup>s</sup>  
est cū forte in nouitiatu deuotiores et seruētiōres  
fuerimus quā post plures annos. Hoc em̄ est vere  
cundum et valde nociuus. Ad heb. v. Cum debe  
retis magistri esse virtutum ppter tēps quo diu in  
religione fuistis. rursus indiget] vt vos doceamini  
que sunt elementa errorū sermonū dei. i. ne  
cesse habetis doceri sicut rudes nouitij quō inci  
piendū esset seruire dō. et facti estis qui lacte op<sup>o</sup>  
habetis nō solido cibo. i. tales estis qui mollib<sup>9</sup>  
blandimentis puerilium cōsolationū et carnaliū  
foueri indigeatis et fortia exercitia virtutum pati  
non valeatis in duris reprehensioib<sup>9</sup> et contu  
melis. in necessitatibus in pussionibus p xpō.  
Om̄is em̄ qui lactis est pnceps: expers est sermo  
nis iusticie. paruulus em̄ est tam meritis quā vir  
tute. Scdm̄ est: a quo incipiens debet esse cautus  
ne moueatur malis exemplis tepidorum ad imi  
tādum ea. Sicut quidam infirmi spirituidentes  
alios apud se desides in fuitio dei: octosos et ver  
bosos: elatos et rebelles: ambitiosos et alijs mo  
dis vitiosos: dicunt apud semetipos. Si alijs b  
licet quare nō et mihi: Et prouiores ad malus: ex  
emplum sumunt ab his quos deteriores vident  
et gaudent se socios inuenisse vitiorū ne soli pos  
sint erubescere. Quia si parcutur alijs volunt et

sibi in similibus parci. Contra hoc deuotus dei  
seruus apud se rēdere debet. Ego veni pure pro  
deo. non p aliquo alio: et ideo nolo aliquem sequi  
ad hoc vt a deo retrocedam. quia si tantos hic di  
scipulos sciuisses nunquā eorum societate elegissem.  
Et nō solos illos imitari debeo: qui ad hoc infor  
māt me: ppter quō religionē intraui. i. vt apprehē  
dam deum et satisfaciam ei de pctis meis: et pro  
merear gloriam sempiternā. Victor et artifer no  
bile opus volēs facere: querit nō alia quā meliora  
exemplaria que potest habere. Et viator non que  
rit vias ab ignorantibus. sed a scientibus eam et  
qui sepe ambulauerūt p eam. Iohānes. Noli imi  
tare malū sed bonū. Tertiuū est quō cauere debet ne  
iudicet temere factā aliorū maxime vbi nescit qua  
de causa vel intentione stant. Sicut em̄ non vīde  
mus aliorū cogitatōes: ita nec intētōes eorū quē  
hoc vel hoc fiat. Tū quicquid aliquo modo po  
test excusari. semp ad meliorē partē interpretemur  
si volumus trāquillum cor nobiscus habere et cū  
alijs: et alios nō turbare et deum nō offendere. qz  
sepe iudicamus malū esse quod in se nō est malū  
et peccam<sup>9</sup> p temeritate vsurpando nobis iudi  
cia dei de occultis cordum. Magistri nostri vi  
ce dei aliquādo id possunt iudicare per coniectu  
ras circūstantes alios nō expedit per nos esse in  
dicandos: donec plene eruditi in om̄ibus per de

num discretionis spirituum ⁊ vere spiritualis ef-  
fecti omnia diiudicemus ⁊ nos a nemine iudice-  
mur sicut clare videns qui cecum videt: nec tñ a  
ceco videtur: cum cecus non videat seipsum. Ro-  
ma. xiiij. Tu quis es qui iudicas alienum seruū:  
Suo domino stat aut cadit. Sepe em̄ merentur  
temerarij iudices aliorū. vt aut in similibus: aut  
grauioribus excessibus cadere permittantur: vt  
discāt ex sua infirmitate compati aliene. Luc. vi.  
Nolite iudicare vt nō iudicemini. In quo em̄ iu-  
dicio iudicaueritis iudicabimini. Quartū in quo  
cauti esse debent nouicij est: vt nō frangantur ad-  
uersitate vlt̄ temptatione. sed cogitēt quia ad hoc  
venerūt: vt om̄ia que eis hac vita possint accide-  
re sustineant p̄pter deū. sicut qui intrat bellus: scit  
q̄ nō quietē ⁊ delicias. s̄ laborē ⁊ vulnere oportet  
eū expectare. Actū. xiiij. Oportet nos p̄ mul-  
tas tribulationes intrare in regnū dei. Luc. vlti.  
Oportuit xpm pati. ⁊ ita intrare in gloriā suam.

**E**xPLICIT deuotus tractatulus dñi  
Berardi de zutphanie. de spiritali-  
bus ascensionibus. vna cum tracta-  
tulo de quattuor in quibus incipiē-  
tes deo seruire: debent esse cauti: si

proficere volunt ad permaximam  
vtilitatem in vita spiritali profice-  
re cupientius in Monasterio beate  
Marie v̄ginis de mōteserrato/ ordi-  
nis sc̄ti b̄dicti de obseruantia Im-  
pressum. per Johannē luschner ala-  
manum. Sub expensis eiusdez mo-  
nasterij. Anno dñi. Millesimo qua-  
dringentesimo nonagesimonono.  
xvi. mensis Maij.